

Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, in a cursive script. The text is partially obscured by a large, faint circular stamp or watermark in the center of the page.

Large, faint circular stamp or watermark in the center of the page, possibly containing a date or a signature. The stamp is mostly illegible due to fading and the texture of the paper.

Small handwritten text at the bottom right of the page, possibly a date or a signature. The text is very faint and difficult to read.



Opus triuū validis auctoritatibus
tam ex lege diuina: canonica: q̄
ciuili refertissimū. cūctisq̄
verbi dei declamatori
bus perq̄ neces-
sarium.



R. in xpo patri in sacra pagina dignissimo bachalario formato. fratri Yuo
ni mabeuc ordi. fratū pdicatoꝝ. xpianissime Anne fracie regine p̄fessor̄i prouis
dissimo. frater Symon berth̄erius eiusdē facultatis ⁊ ordi. p̄fessor̄ salutem plu
rimā dicit.

Apientie increate bonitas multiplici

bus sue pietatis riuulis longe lateq; diffusis cunctas orbis terre re
giones sepissime numero ab mūdi p̄ncipio vsq; ad finē irrigare nō
desistit inde legē gentibus q̄ ignorant deus (vt verbis alludam apo
stoli Roma. ij. scribentis) indidit vt naturaliter q̄ legis sunt faciant.
Et quēadmodum designat p̄clarus psaltes. Signato lumine vultus
sui super corda eoz letitiam in corde p̄fusam degustent. Nec modo his qui p̄pe: verū
⁊ his quoq; qui longe fuerant vt isdem apls ephesijs cōmemorat. veritatis radiū de
misit. quatenus veterib; exuti erroꝝ tenebris lucis claritudinē eterne conspicerent. et
mortis regionē incolantes. vite semitā que ciuitatē habitaculi docet ambulacro vali
diori p̄currerent. Hinc ⁊ britānos (quos nūc t̄pis anglos vocitamus) sue radio lucis
perfundere dignatus est. Qui licet (vt ait poeta. Toto separatos orbe britānos sese a
gnoscerent) ⁊ extremas mundi partes que oceano frigidiores extant incolerent a
gnito tamen xpiane fidei cultu tam multipliciter q̄ vniformiter in ipsa fidei semita
persteterunt. vt ex eis colūne multe. sed ⁊ luminaria q̄ multa ecclie euaderēt. Primus
illis rex lucius xpianissimus catholice ecclie fidelissim⁹. nō tam fidem accepit q̄ ipse
docuit. Verū barbaris nimirū infestantibus ⁊ lupis simul se iungentibus. per pelagia
nos heresiarchas fastinati fuerunt. Ad quos gremio ecclie reponendos totius gallie
epoz consilio. germanus ille vir apostolicus. Antissiod. presul famatissim⁹. Adiuncto
luppo trecassino epō intrepidus prexit. Qui nutu dei barbaris neci datis. hereticisq;
cōfusione magna eiectis ad veritatis tramites q̄ facile eos reduxit. Enimvero hoste
fidei zizanas serente iterato abducti sunt. vt in errores quosdam fidei xpiane aduer
sos reciderent ⁊ tyrānis agentibus ipam fidei semitā penitus abdicarūt. Quo factū
est. vt diuus Gregorius. (Cui magn⁹ cognomē est) romane sedis ac totius orbis papa
Augustinū ⁊ mellitū ceterosq; quosdā approbate scientie viteq; ⁊ moꝝ viros illo les
gatos misit. qui insulā totam sic ad veritatē traxerunt vt nunq; postmodū oberrare
visa sit. Quimpotius lucentia in candelabro ecclie p̄fulgida lumina emiserit. ver
bi gratia. thomam cantuariē. theobaldum. dumstannū. edmundū. hedbinū. Sanso
nē. colūbanū. bedā. atq; pene innumerabiles alios. S; ⁊ regalis celsitudinis eminētes
p̄sonas. castitate. sanctimonia. sciētia. patientia. oī virtutūq; cultu redimitas. vti est
eduard⁹ rex. echelred⁹ osealdus. ⁊ vsq; ad numerū vndecim aut duodecim q̄ regali ste
mate suscepto sanctitati magis studuerūt. vñ ⁊ sc̄toꝝ cathalogo ascribi meruerūt. vir

deniq; ferme innumere ac abbates monachi magno sanguine p̄creati inibi flo
sacerrim⁹ ordo noster pp̄pagines su
lege dei ⁊ religione studiosos
quos a p̄ncipio floruit
uis feruore q̄
as con
rater
n p
ellie
ex
do
uz
c
o

lumina ad ecclesie illuminationem delibasset inter que summā pdicantiū (vt nōnulli
asserunt anumerasset) opus hoc pene diuinā ac immortale, digerere solerter curauit
qd̄ triniū appellauit eo q̄ tres leges ad mores componendos adduxit. diuinam scilz
canonicā & ciuilem. qz̄ vero ip̄m opus iam dudū impressioni mandatū multis mendis
ac neuis (vt ita loquar) tanq̄ virgultis ip̄m occupantib⁹ plenū videbat. Curarūt ve
nerabiles bibliopole dñs Johānes dyamentarius. & Enguilbert⁹ de maruef. vt men
dis terfis ad venustiozem & solidiozem veritatis formā illud reducerē: quatenus verio
ri imp̄ssioni ip̄m demandarent. qd̄ intuitu charitatis & p̄fectus oīm studiosoz effice
re volui. Tantaqz̄ fatigatōe aī ipsius castigationi. p̄sertiz auctoritatū canonis & sacre
scripture (que veluti filua quedam apparet) insudauī vt meme pluries penituerit. hūc
labores assumpsisse. At vero p̄siderans illud virgilianū (quia labor improbus omnia
vincit) defatigationē ip̄am postposui. Et eius p̄fecte correctioni multas lucubratōes
addixi & ad finem vsqz̄ deo iuuante perduxi. Nolo tamen inculpari si legum ciuiliū
quotationes nō reuisi cum nō sit facultatis mee. ipsas leges perscrutari. vnū volo in
serere q̄ ille copiosissimus & hommisciusi doctor Leonardus vtinus q̄ plurimū hoc li
bro sibi accōmodo vti voluit. Cognoscens aut̄ & medullitus intelligens q̄ vobis sim
obnoxius q̄qz̄ deditissim⁹ pro maximoz adeptione beneficiorz & pro (ab ineunte etas
te) vestri beniuolentissima amicitia hunc sudorū meoz laborem vestro nomini dedica
re statui simul obtestans vt hunc doctozē colere dignemini. Nā pro merito voluminis
(vt in quodam ait Hiero.) laus oīs inferior est. Valete reuerāde in xp̄o pater. & me fi
liuz vestrū veluti semper diligere satagite ex Lugdunēa vrbe ad pridie nonas iulias.
M.D.CCCC.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.

Incipit prologus in opus quod triu-
mum dicitur subtili ingenio et labore ma-
gno editum a religioso viro Fratre Johā-
ne de bromyardo ordinis fratrum predica-
torum theologo doctore profusissimo.

I sacre

veritatis splē-
dor euidenti cū
ctis elucescat.
Iura canonica
adducuntur in
presenti opuscu-
lo in testimoni-
um veritatis: q̄
nullus iuste po-

terit calumniari: quia doctrina iuris ca-
nonici ad hoc tradita esse dignoscitur: vt
per ipsam tam clerici q̄ laici regulentur.
Prelati in precipiendo. doctores in erudi-
endo. predicatorum in exhortādo. layci in
obediendo. Ne si cecus ceco ducatū p̄stet
ambo in foueam cadant Matth. xv. Nec
etiam q̄tum ad leges civiles: qz licet ius
canonicum et civile differant: qz canoni-
cum ad regimen spirituum. et civile
ad temporalium regimen ordinatur. Tas-
men iura civilia et etiam scientie seculas
res laudabiliter leguntur: vt qd̄ in eis viri-
le inuenitur ad vsum sacre eruditionis cō-
uertat dist. xxxvij. Turbat. Et hoc auctori-
tate dei qui iussit spoliari egyptios et di-
tari hebreos. Exo. xj. et di. xxxvij. legimus
S. legit. Legit inquit q̄ dñs p̄cepit filiis
isrl' vt expoliaret egyptios auro et argēto.
moraliter instruens: vt siue aurum sapiē-
tie siue argētum eloquentie apud poetas
inueniremus in vsus salutifere eruditio-
nis vertamus. Sic Daniel et socij eius di-
dicerunt sapientiam caldeorū et Moyses
egyptiorū. dist. xxxvij. qui de mensa. Et dei
virtus atqz sapientia non solū niniuitas
perum ciconiam: miluū atqz byzundinē:
contra peccatores in testimonium crimi-
nis adducit Jeremie. viij. Illius igitur ex-
emplo auxilio per quē fauus mellis edu-
ctus est de ore leonis. Judi. xiiij. Et aqua
rum abūdātia de maxilla asini. Judi. xv.
Et qui eduxit aquam de petra. oleūqz de
saxo durissimo. Deut. xxxij. Et qui potens
est de lapidibus filios Abrahę suscitare,

Matth. iij. Conatus sum de legibus pa-
ganorū cōficere panem filiorū ad in forma-
tionē vite xpianorū: q̄ p̄ tanto sunt vtilis
qz sunt fundate sup̄ qbus natura rōnalis
facili' inclinā q̄ extraneis rerū vel aīali-
um naturis seu poetarū fabulis quibz po-
tius non credit admirādo q̄ cedat obedi-
endo. Nec oportz ipsas leges vel canones
in predicationibus quotare vel allegare.
sufficit em̄ q̄ exemplū et ratio legis expri-
matur contra peccatū vt a peccatis homi-
nes conuertantur per verbum euangelizā-
tium virtute multa.

Explicit prologus.

Incipit triuim fm ordinem alpha-
beti. Et dicitur triuim qz triplici distins-
ctione vtitur. in quolibet vocabulo: etiam
quia a tribus legibus diuina canonica et
civili. capit testimonium. Et primo de lit-
tera A. Cap. primum.

Bbas nō po-

test in duobus monas-
terijs p̄sidere: nec mo-
nach' in diuersis mo-
nasterijs locus habere
per decretalem. ex de
religio. domi. c. Ne ni-
mia. Ne vera cōtra le-

gem predictas est q̄ monachus habeat lo-
cū in duobus monasterijs et obediāt duo-
bus abbatibus vel seruiat vel q̄ sit prela-
tus in duabz ecclesijs sicut p̄tz. multo ma-
gis est cōtra legem dei dicentis Matth.
vj. Nemo potest duobus dñis seruire. Qd̄
quis habeat locū in ecclesia dei de die dñi
audit vel dicit missam et pro tunc seruiat
deo: et de nocte vel alio tempe habeat lo-
cum in lupanari: vel sit in aliquo alio lo-
co vbi seruiat dyabolo in luxuria vel in a-
lio peccato. Omnes tales reprehendit Des-
lias proph. iij. Reg. xvij. Aliquo claus-
dicatis in duas partes. nunc deo seruiens
do nūc Baal. de quibz ps̄. Claudicauerūt
a semitis suis etc. Cum tñ dñs dicat Mat-
thei. vj. Nemo potest duobus dñis serui-
re. Sicut nec duas curas habere. ex de p̄-
ben. c. de multa. alias vna vacat. B
Item nullus laycus debet fieri abbas vel
prelatus. Argumentū ad hoc ex de electi.

Ab infantia

Eum officij causam. xix. q. iij. monasterijs. Si deus qui auctor est ecclesie ac defensor noluerit qd talis sit p[re]latus in ecclesia constitutus militari qui nescit legere in libro materiali n[on] est dubiu[m] quin maiori ratione custodiat monasteriu[m] celeste et ecclesia[m] illam glorie. Ne fiat ibi aliquis p[re]latus vel promotus qui n[on] didicerit lectionem bone vite et qui non vult confessionem et contritionem legere in libro conscientie. Et quia laycus conuictus de crimine a iudice suspenditur vbi clericus conuictus de eodem crimine euadit. Sic in proposito patet quia deus per quem prohibetur ne clerici iudicentur a iudice layco. et de senten. excom. si iudex laycus lib. vj. n[on] vult illum condemnare ad penam in mortem eternam qui scit legere peccata sua bene munde in confessione: qui scit lectione[m] bone vite. Qui igitur ab eo tunc condemnatur dicit illud psal. Quoniam non cognoui litteraturar[um] introitu[m] in psalmos domini n[on] in misericordias per quas clericus saluatur: sed in potestas per quas laycus damnatur. et ideo sequitur. Ad memorabor iusticie tue solius. Nota canon est qui in vniuersali consilio pape est institutus. Decretum est quod papa de consilio cardinaliu[m] instituit. Decretalis est littera qua[m] papa cardinalibus presentibus vel absentibus per se aliquo consultante instituit.

A ii A Ab infantia pu

eri sunt b[ea]t[us] informadi. et nullo verbo vel facto vel exemplo corrupendi. Exemplo tobie de quo scribitur tobie. p[ri]. qd filius suus ab infantia deum timere docuit et abstinere ab omni peccato. Et ratio est bona quia quomodo posset postea confirmari in bono qui est ab infantia corruptus. In regula iuris in. vj. dicitur qd n[on] firmatur tractu t[em]poris quod de iure ab initio non subsistit. Recte sicut illius meritis est magnum cum tobia qui ab infantia bene informat filios suos carnales vel spirituales. ita illorum periculum est grande cum muliere que filius suu[m] oppressit. iij. Reg. iij. Et cum alijs qui filios suos occidunt

qui aliquem spiritualiter interimunt: quorum peccatum ostenditur in iure canonico: ex de his qui filios su. occi. c. j. In quo continetur qd q[ui] mulier quedam filiu[m] suu[m] interfecit. papa mandat ep[iscop]o suo qd laboraret ad hoc qd ad aliquod monasteriu[m] tra[ns]ferret in quo peccata sua perpetua penitentia deploraret. Si tam longa et magna pena est dignus qui per mortem corporis corpus vnius infantis reddit terre et anima deo. Nonne creditis qd ille meretur habere multo maiorem penam et longiore[m] qui verbo vel facto vel exemplo peruerso aliquem interficit spiritualiter: cum anima melior sit q[uam] corpus testante deo. Matth. vj. N[on] quid anima plus est q[uam] corpus. Et sic ille reddit corpus et animam illius que peccare facit vel cum quo peccat dyabolo in hoc q[uod] vtrumq[ue] facit ei seruire. quorum aliqui non reddunt ei vnum sed plures. sicut vir peccas cum pluribus mulieribus: vel econuerso ducit ad infernum etc. Et de hoc optime infra A. xvij. a. in fine. Et quo ergo lex et ecclesia dei ponit graue[m] penitentiam oppressoribus infantum quod patet ex de his qui filios su. occi. De infantibus: qui tamen non voluntate sed negligentia ip[s]os oppresserunt. obdormiens quippe oppressit eum. iij. Reg. iij. et videtis ad oculum quomodo eiciuntur de ecclesia et tanq[uam] indigni reputati sunt extra ecclesiam dei dum alij sunt intra et confusibilem et longam penitentiam agunt quis posset dicere qd idem deus non eiciet eos de ecclesia celi ad sustinendam eternam penam in inferno qui propria voluntate multos spiritualiter occidunt: tenendo legem quam dedit exod. xxj. Et habetur extra de homi. c. p[ri]mo. Si quis inquit per industriam occiderit proximum suu[m] et per insidias ab altari meo euelles eum vt moriatur: nisi hic penitentiam egerit anteq[uam] ad dei iudiciu[m] peruenerit. Et q[ui] grauius illi delinquit qui infantem ad ostium ecclesie exponit et permittunt iacere ibi: sicut patet extra de infanti. exposi. c. j. Nonne videtur ille grauius delinquere qui predictis modis vnum vel duos vel plures exponit ad ostium inferni suo malo exemplo. omnes ergo tales agant dignum fructum penitentie vel pars vel iudicium illorum erit cu[m]

Absolutio

illis de quibus ps. Immolauerunt filios suos et filias suas demonijs. Et qui sic exponit infantes secrete aliquando erit manifestum et sic demon suadet eis quod est secretum antequam peccant: ut ad peccandum eos reddat audaciores: sed postquam peccauerunt facit peccatum plus manifestum ad illorum opprobrium: maxime quia nihil opertum quin non reueletur neque absconditum quod non sciatur. Luce. xij. et.

4. r. 3

A iij Absolutio sal =

uas peccatorum et restituens ad statum gratie queque perdit delinquendo debet habere. Primo cause veritatem. Secundo culpe integritatem. Tertio bone vite stabilitatem.

3
A Primo oportet quod habeat cause veritatem: quia absolutio hinc falsam causam non tenet hinc Innocentium et Hostien. super capi. ex parte. ex de officio ordinari. Et ratio est bona quia sicut oportet illum quem pontifex mittit romam pro absolute excommunicationis vel alterius magni criminis reportare litteras ad illum pontificem mittentem sine defectu: quia papa mandat quod ubi quis dicit se impetrasse litteras sibi de absolute sua si inuenit in eis falsum latinum nullus fidem illis litteris adhibebit: sicut habetur extra de rescrip. ad audientiam. sic oportet illum quem christus assistens pontifex. Debe. ix. mittit ad sacerdotes dicen. Ite ostendite vos sacerdotibus. Luce. xvij. reportare ad christum mittentem litteras vere confessionis et contritionis vel christus aliter non habebit eum pro absoluto. quia sicut falsum latinum facit quod littera absolute vel bulla que dicitur esse papalis non inuat potestatem: ita falsa contritio vel confessio vel satisfactio facit quod absolutio confessoris non inuat fidei penitentem: quia spiritus discipline effugiet fictum. Sapient. p. xi.

B Secundo oportet quod habeat culpe integritatem: sic videlicet quod de culpis omnibus confiteatur et quod aliena restituat: quia sicut excommunicatus pro pluribus peccatis vadit ad papam impetrans absolute de vna excommunicatione et non de alia debet

enunciari excommunicatus cum redierit ad patriam pro illa causa pro qua non est absolutus: ex de senten. excom. c. cum causa sic spiritualiter est de illo qui confitetur de vno et non de alio vel qui reddit vnum quod male acquisiuit retento alio cum venerit ad aliam patriam Esa. lvij. Salue fasciculos deprimentes et omne onus dirumpe. Et psal. Confitebor domino nimis in ore meo id est non abscondes quicquid tunc reputabitur excommunicatus a deo: quia omnis existens in peccato est huiusmodi igitur et: quia qui in vno offendit factus est omnium reus: vide istam materiam infra A. viij. b. et. B. j. b.

L Tertio oportet quod habeat saltem bone vite in mente stabilitatem: quia sicut ille qui erat excommunicatus a canone quando absoluit sibi iniungitur quod nunquam iterato faciat contra illum canonem sicut incendiario iniungitur quod nunquam de cetero ignem apponat. Ista patet. xxij. q. vlti. c. pessimam. Similiter percussori clerici precipitur in virtute iuramenti prestiti quod de cetero in clericum vel monachum vel aliquam personam cuiuscumque religionis manus iterum non iniurat violentas. Istud patet extra de sententia excom. c. ex tenore. sic christus absoluit illam deprehensam in adulterio Johannis. viij. dixit ei. et omni christiano bene absoluto. Uade et amplius noli peccare. Item sicut ille qui non obedit preceptis sibi datis ab absoluente. iterum cadit in eandem sententiam excommunicationis: sicut patet extra de senten. excom. eos. li. vj. vbi habetur quod qui sententia excommunicationis vel hois sunt ligati cum propter periculum vel aliquid aliud impedimentum ad alium pro absolute recursus habere possunt et ab alio absoluitur: quibus cessantibus absolui debent et quanto comode possunt se presentare mandatum illius super illis pro quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi et satisfacturi prout iusticia suadebit: ne sic regimen censure ecclesiastice illudatur in eadem sententiam reincidere et ipso iure statuentes. Sic ille cui in confessione iniungitur quod de cetero non redeat ad peccatum et quod penitentiam agat et malam societatem fugiat specialiter cum qua prius peccauit: et aliena restituat. Si hoc facere noluerit in

Abſtinentia

cidit in idem periculū in quo prius fuit ⁊ qñq; in peius. ppter qđ chriſtus precepit cuidam quē ſanauerat dicens Jo. v. Noli amplius peccare ne deteri⁹ tibi contingat vide. j. J. xvij. a. in fine.

A iij Abſtinentia

est ab oibus diligēda ⁊ habenda propter tria
Primo ppter vitā sanā.
Secūdo ppter bonā famā
Tertio ppter verā glīaz

A Primo propter vitam sanā Iero. in quadā eplā. Abſtinētia mater est ſanitat̄is. Mater vero egritudinis voluptas est. qz sicut dicit canon de pse. di. v. c. nihil. Fames curat morbos quos gula infert. Et ibidem. c. ne tales. dicit qđ alimenta plus profunt corpi oleruz et leguminū qđ delicata. exemplo Daniel. pmo. Dentur nobis inquit boni pueri legumina ad vescendū ⁊ aqua ad bibendū quo facto post decez dies apparuerūt speciosiores vultus eorum. puerbioz. xxxvij. Qui abſtinens est adiciet vitā. Quod etiā sanat animā patz. j. J. ij. b. **B** Secūdo ppter bonā famam ppter quam cōseruandā abſtinēdū est ab illicitis ⁊ qñq; a licitis ne opus qđ est mihi licitū fiat in alterius scandalum ⁊ damnum: quia dicit lex si priuilegium alicui a principe cōcessum sit qđ posset edificare in loco publico: hoc tñ facere non debet in alterius preiudiciū: qz non presumi debet qđ princeps sic priuilegium cōcesserit. ff. ne quid in loco publico vel in itinere fiat. l. pretor. ait §. merito. et. §. si quis a principe. ff. no. li. v. Huic cōcordat lex diuina in qua paulo aplo cōcessum erat priuilegiuz a summo pontifice scz deo qđ carnes comedere potuit sicut alij apostoli quibus dixit deus Luc. x. Edentes ⁊ bibētes que apud illos sunt. nec tamen isto priuilegio uti voluit in alioz preiudiciū vel scādalum sicut expresse patet. j. Corinth. viij. Si quis escā scandalizauerit fratrem meū non manducabo carnes in eternū. Si aut hmoi opera faciēs ab initio ignorat aliquē de hoc scandalisari quando percepit vel debet se sufficienter excusare vel cessare: vt ptz per

Abusio

legem allegatam. §. idem agit. vbi dicitur Si edificium alteri obest quod in loco publico edificatur est cessandum. Sic in pposito: qz teste aplo. j. Corinth. iij. Oportet scōs bonuz testimoniū habere ab his qui foris sunt vt non in opprobriū incidant ⁊ in laqueum dyaboli. **E**

Tertio propter verā glīam quā potest peccator vere penitēs attingere exemplo Nabuchodonosor regis: de quo legimus in historia scolastica sū Danielē in ſi. ter tie visionis. vbi dicit: qđ tātū abſtinuit qđ per septē annos panem et carnes non comedit nec bibebat vinum: sed leguminib⁹ pascebatur de quo dicit canon. xxij. q. iij Nabuchodonosor. qđ eius penitentia fuit fructuosa. vbi Aug. dicit de Nabuchodonosor ⁊ pharaone sub tenore sequēti. Quātum ad naturam hoies ambo erant: quātum ad dignitates ambo reges. quātum ad cām scz peccati ambo pplm dei captiuum tenebant. quātum ad penā ambo clementer flagellis admoniti sunt. Quid igit fines eorum fecit diuersos: nisi qđ vnus dei manum ſentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit. alter libero cōtra misericordissimam dei veritatem pugnavit arbitrio: hec ille. Sic rex ninive ⁊ populus qui intantum abſtinuerūt qđ nec comederūt nec biberunt aquā: vt habet. Jone. iij. p tūc a dānationis piculo sunt liberati ⁊c.

A v Abusio est qua

qs male utit̄ bonis nature fortune vel gratie. Et ista potest esse piculosa ppter tria. Primo propter priuilegij ablationem. Secundo propter dyaboli irrisionē Tertio ppter inferni dānationē. **A** Primo ppter priuilegij ablationē: qz meret̄ priuilegium amittere qui pcessa sibi abutitur potestate. xj. q. iij. priuilegiū. et ex de reg. iij. libro. vj. Pro quo est aduertendū qđ priuilegiū perditur sex modis p̄tentis in versibus sequētib⁹ qui habentur ex de deci. c. Suggestum in glo. et. xj. q. iij. c. priuilegium. v. Indultus scz priuilegiū tollit neglectum crimē abusus. oppositum factus damnum tempus variatum. Primo di

co ppter negligentia .ff. de mundi. l. j. vbi
 dicitur. qd quidam perdidit privilegium
 qz habuerunt forum in villa ipsorum. et il-
 lo per decennium non utebantur. Adora-
 liter dico sic est. Ille qui nimis negligens
 est facere forum peccatorum scz in confessio-
 ne ea ostendendo et solutionem gratie pro
 eis recipiendo more mercatorum multis
 modis sepe amittit potestate. Ite habens
 privilegium eundi per predium alterius sed
 non utens via concessa perdit totum pri-
 vilegium: hoc patz. ff. de serui. rusti. predi.
 l. hec autem iura. Sic moraliter est de illis
 quibus concessum est a deo qd possunt ire
 ad celum per viam mandatorum dei. Iste ve-
 ro leges confirmantur per divinam legem Lu-
 ce. xix. vbi seruus negligens priuatus legi-
 tur pecunia sibi concessa: qz bonis visibus
 non applicauit. infra. b. ix. c. p. xiiij. f. Se-
 cundo propter crimen. xxv. q. ij. Ita nos .
 vbi habetur qd proprio episcopo semp cas-
 rere debent qui proprium episcopum inter-
 fecerunt. Sic moraliter erit de illis inter-
 factoribus nostri pontificis heb. ix. Chris-
 tus assistens pontifex etc. hoc est verum de
 illis qui reiterant et faciunt propter qd ipse
 fuit interfectus scilicet peccata mortalia. he-
 breo. v. Rursum crucifigentes filium dei
 Item tales perdunt privilegium libertatem
 qua christus nos liberavit. ad gal. iij. Ite
 quando deus legat istam libertatem seruis
 suis. s. si ipsum non offendunt et perdunt
 sicut habetur. ff. de manumissio. l. Testato
 unde ps. Si custodierint filij tui testamē-
 tum meum hec que docebo eos. Sin autē
 tu aut. sicut dicitur in ps. Auertisti testamē-
 serui tui. et dicitur illud Luc. xiiij. Nemo
 virorum illoz gustabit cenam meam. vi-
 de. j. q. ix. c. et. B. ix. a. Tertio propter
 abusum perditur privilegium. ff. de aqua
 quotti. et est. l. ij. et. ff. que ad seruitu. amit-
 tan. l. aqua si partem. in quibus legibus
 habetur qd si isti seruo concessum est ab ali-
 quo qd duceret aquam p viam determina-
 te quantitatē utputa per viam unius pedis
 si plus capit perdit privilegium. applica-
 tio contra illos quibus dñs concessit per
 Esa. proph. qd pnt ducere vitam ipsorum per
 viam artem mandatorum dei dicens eis il-
 lud Esa. xxx. Nec via ambulate in ea: neqz
 ad dexteram neqz ad sinistras, sed quidam non

sunt contenti de hac via. Faciunt enim si-
 bi viam latam que ducit ad perditionem
 Matth. viij. Luc. xij. Requirit enim via
 largiore que ducit ad infernum. Istis enim
 concessum est dei gratia qd ire possunt p vi-
 am iusticie et aliarum virtutum: sed ipsi fa-
 ciunt sibi viam per vitia opposita. tales ppter
 abusum privilegij amittunt potestate am-
 bulandi iuxta illud ps. pedes habent et non
 ambulabunt. Quarto propter oppositum
 factum: qz privilegiati de decimis non
 dandis. si post dent perdunt privilegium
 extra de priui. c. si de terra. et ex de consti.
 c. cum accessisset. Et privilegiatus a prin-
 cipe de sequela ad curiam vel comunitatem
 non facienda potest postea sequi si voluerit.
 Et liber factus potest perdere suam liber-
 tatem abiciendo chartam sue libertatis.
 Sic de privilegiatis in baptismo vel in pe-
 nitentia de non sequendo curiam dyaboli:
 scz inferni si sequatur eam perdet libertatem
 gratie et hereditatem regni celorum iuxta il-
 lud ps. Qui noluit benedictionem elonga-
 bitur ab eo. Quinto propter damnus scz
 quens perditur privilegium sicut patz ex de
 deci. dilecti filij. Et. c. suggestum. vbi dicit
 Privilegium concessum in damnum alte-
 rius tunc debet componi cum illo in cuius
 cedit damnus. Ad idem extra de verbo. sig.
 quid per noualis. sic multis concessum est
 per viam nature longum vite spacium. Et
 aliquando sequitur damnus alijs ex hoc vel
 propter bonorum temporalium subtractionem:
 vel malorum vite exemplorum ostensionem
 vel propter hominum interfectionem: ut patz de
 malis ecclesiasticis: sed certe mentores es-
 se possent: qd non viuent per medium vite
 ipsorum. Iuxta illud ps. Viri sanguinum
 et dolosi non dimidiabunt dies suos. vide
 ad hoc leges et causam breuitatis vite .b.
 x. per totum. Sexto propter tempus mu-
 tatum. verbigratia. Si quis non ostendit
 ius quod habet vel habere posset lite pen-
 dente post sententiam latam non potest osten-
 dere. illud patet extra de senten. et re iudi.
 suborta. quia iudicium est datum et tempus
 mutatum. Et electores episcoporum non
 eligentes tempore a iure statuto per lapsum
 temporis ius perdunt eligendi. ex. de ele.
 c. ne pro defectu. et idem est de patrono ec-
 clesiam vacantem tempore debito non pre

Acceptio

sentante. Ar. extra de supplen. negli. prela
to. c. penul. vlti. Sic moraliter est de illo
qui expendit vitam suam negligenter nō
petendo misericordiam. non confitendo:
qz talis clamando post mortem quod est
tempus iusticie non plus lucrabitur q̄ il
le diues epulo. Luc. xvj. nec eligit bonum
sed reprobatur eligendo malum. Hoc etiam
patet per regulam iuris in. vj. vbi dicitur
q̄ mora est cunctis piculosa. Omnia ista
confirmantur per legem diuinam. Leuit.
xv. vbi dicitur q̄ deus dedit priuilegiū
illis qui vendebāt domum vel terram in
tra muros ciuitatis q̄ possent redimere
infra annum: sed postea nequaq̄. vide in
fra. cap. xj. b. Sic moraliter isti peccato
res sunt priuilegiati intra ecclesiam ante
mortem redimere domum spiritualem: id
est animam quam dyabolo vendiderunt.
quia priuilegium persone non durat nisi
vsq̄ ad mortem priuilegiati: vt. ff. de ne
go. gest. ff. de negligē. vel reg. iii. veracius
et. l. seruiles. ergo habemus priuilegiū cō
fitendi et restituendi ante mortem. vnde
ecclesiastici. xvij. dicitur. Ante mortem cō
fiteri: quia a mortuo quasi nihil perit cō
fessio. vide. j. n. iij. per totū. **B**

Secundo abusio est piculosa propter
demonis irrisionem: quia sicut homo ma
gnus quādo honore suo et statu abutitur
et facit se goliardum vel ioculatorem: tūc
omnes hostes sui deridebūt eum. Sic spi
ritualiter homo in magno honore extitit
ad similitudinem dei factus. Sed quādo
facit se goliardum scilicet dyaboli nudus
omni veste virtutis in anima sicut goliar
dus vadit nudus in corpore dyabolus ir
ridebit eum. Et sicut ille perdit priuilegi
um clericale si per annum artem illam ex
ercuerit ignominiosam. extra de vi. et ho
nesta. cleri. c. j. lib. vj. Sic q̄ pmanerit in
tali arte vsq̄ ad vltimū vite sue diem ma
ledictus erit. et perdet priuilegiū christia
nitatis. Beñ. ij. Maledicta terra in opere
tuo. Ezech. iij. diem pro anno dedi tibi.

L Tertio propter inferni dā
nationē. quia sicut videtur tacite priuile
gio suo renunciasset qui per quadraginta
annos non fuit eo vsus. extra de priu. ac
cedentibus. Ita qui per totā vel maiores
partem vite sue nō habet vsus misericor

die: vel qui tenēt animas eorum in pecca
to nec miserentur sibiipsis nec alijs et. vi
dentur priuilegio renunciasset et incidisse
in illud iudicium de quo dicitur Jaco. ij.
Iudiciū sine misericordia fiet ei. qui non
fecerit misericordiam. Et Job. xvij. De
dit ei deus locum penitentie et ille abuti
tur eo in superbia.

A vi.

Acceptio est

triplex. Prio q̄dā est
onerosa et sine utilitas
te. Secundo quedā
periculosa et cum pra
uitate. Tertio quedā

sttuosa et cū stabilitate. **A** Prima est
onerosa et inutilis sicut patz de illo qui re
cepit donum ab illo qui nō est verus do
minus rei illius. ideo potest p̄uari illa il
le qui recepit per verum possessorem hoc
patet extra de dona. inter vi. et vro. c. nup.
et per regulā iuris: vbi dicitur q̄ pro non
dato habetur quod ab eo datur qui de ius
re illō dare non potuit. Item si aliquid
sic datur ecclesie et consecratur tunc prez
cius restituatur vero possessori. xiiij. q. vj.
c. comperimus: qz collator in tēpore col
lationis non fuit verus dominus rei illis
us. totum illud confirmatur per legem di
uinam. iij. Reg. viij. vbi dicit. Rex israel
precepit eunicho dicens. Restitue ei om
nia q̄ sua sunt et vniuersos redditus agro
rum a die qua reliquit terras vsq̄ ad pre
sens. Ex qua auctoritate satis apparet q̄
illa acceptio siue habeat eas ex emptione
siue ex donatione est onerosa et sine utilis
tate: quia oportet q̄ restituatur cum om
nibus fructibus et commodis tempore in
eo perceptis extantibus: sed non de cons
umptis: nisi pro quanto factus est ditior
nec de perditis durāte bona fide sicut pa
tet extra de in inte. resti. c. requisit. Nec
etiam tenetur restituere si durante bona
fide rem illam alienauit. Sicut patet in
summa cōfesso. li. ij. ti. v. q. lxxij. Quid
de emptoribus in fine. sed in alijs tenetur
qz res inter alios acta alijs non facit pre
iudicium. ex de fide instrumentorum In
ter. et nemo debet cuz alterius iactura lo
cupletari. de reg. iij. lib. vj. vnde ecclesiaz

3. p

sti. xx. Datum insipientis nō erit tibi vtile

B Quantum ad secundum illa est periculosa acceptio cum prauitate quādo quis accipit bona spiritualia indigne sicut ordines vel sacramentū corporis xpi. qz vbi interuenit indignitas psonae totum factū irritat. viij. q. j. c. in scripturis. Hoc patz manifeste de conse. di. ij. qui scelerate. ff. de iuri. oim iur. si per errorem. Itē quando quis petit vel extorquet ab illo quē scit non esse dñm rei: qz nullus debet cum aliena iactura lucrum querere. ff. de pe. here. l. plane. Item huic periculo p̄ticipant qui rem possessoris malefidei ad censum vel redditum capiunt: vel gubernant qz non est dubium q̄ p̄bent tali auxiliū cōsiliū vel fauorem. et sic principalis malefactor est promoz ad malefaciendū vel tardior ad restituendū. et ille qui habet ius est distantior ad recipiendū ius suum. Et male: qz vt dicit de re. iur. Non debet alteri per alterū iniqua conditio afferri. vide **E. ix. a.** Itē in hoc piculo sunt qui defraudant. vide. d. ij. a. Item in eodem periculo sunt illi qui nolunt facere sine munere qd̄ de iure tenentur facere vel de pietate vel qui capiunt bona ab hoibus ne ipsis noceant et qui dono vel munere supportat malefactorem vel qui verbis vel factis occultat veritatem causa lucri: qz veritas rerū non debet gestorū erroze vitari. ff. de offi. p̄f. illicitas. §. veritas. Similiter qui aliq̄ quid capiunt per furtum vel rapinam vel vsuram vel h̄mōi h̄i faciunt contra leges dei et ideo vel carebit lege misericordie vel corrigat. qz frustra inuocat legis auxiliū qui in legem cōmittit. hoc patz ex de vsu. qz frustra. Unde Jaco. ij. Iuditiū sine misericordia fiet illi qui nō fecerit misericordias. Ideo leuit. xxv. dr. Non accipias ab eo vsuras. nec amplius q̄ dedisti tē

L Quantum ad tertium ista est acceptio virtuosa qua q̄s accipit a deo gratiam in baptismo vel in cōfessione vel in sacro ordine videlz si eā tenet munde et perseueranter aliter est periculosa: qz si ille est sacrilegus qui reaccepit a deo vel ab ecclesia calicē consecratum quez ipsemet prius deo dedit. Nonne ille est plus excōmunicatus corā deo quando semel se dat ei et postea tollit seipm a seruitio dei et ser

uit dyabolo pro tātō qz deus plus optat et diligit terram nostrā viuā q̄ mortuā et plus aiām q̄ aurū. Ergo dicatur quod semel deo est cōsecratū sanctū sanctorū erit domino. xij. q. ij. nulli liceat. nec ad humanos vsus debet reuerti. de conse. dist. j. ligna. infra. A. xvij. c. Item in eodem periculo sunt illi qui oblata capiunt a malefidei possessore scienter: qz nemo potest plus iuris in aliū transferre q̄ ipse dinoscitur possidere. ff. de reg. iur. Nemo plus. Et ex de donati. c. pastoralis.

A vij
Accidia facit

tria mala. P̄mo deturpat hospitium. Secōdo prolongat beneficium. Tertio defraudat desiderium. **A** P̄mo ḡ de

turpat hospitium anime: quia sicut aqua sua statione in lacu vel vase sine motu facit locus in quo stat turpem et lutosum. sic spiritualiter facit accidia in homine ocioso. Facit enim animā eius sordidam: qz inducit malas bestias turpium cogitationū et facit demonū habitaculum. vnde Jobā. Cassianus in collationibus patrū. Apud egyptus ab antiqs patribus facta est sinia operantem monachum vno demone pulso. ociosus vero multis spiritibus deuastari. Recte sicut miles anteq̄ ad bella vadat in loco vel lecto secreto se armat. ita pugil dyaboli ociose in loco iacens diuersis malis cogitationibus se armat vt mala que ibi cōcipit possit adimplere ad anime sue deturpationē et destructionē ppter qd̄ decreta. ex de renun. nisi cum prudem. dicit q̄ ociositas et voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseris animas capiēdas. vide. o. ij. per totum. **B**

Secundo prolongat beneficiū: qz facit hoīem ociosum a suo cōmodo multus distare: qz sicut inquilinus qui condurrit ab aliquo domum vel terrā ad magnum commodum suum potest expelli et conductionem perdere propter certas occasiones culpe. sic homo ociosus multa bona perdit per occasionem accidie. Causa aut̄ quare pdit cōductoꝝ suam cōductionē patz

3. p

2. p

Accusatio

et de loca. et condu. c. ppter. Primo si est negligens in reparando domum vel terram Sic spiritualiter multi perdunt domum anime. quia sunt nimis ociosi circa eius reparationem spiritualem. Secundo si conductor peruerse moratur in domo. Exemplum hinc Hostien. si tenet porcos in solarario. Sic spiritualiter de illis qui tenent morose fedas et carnales cogitationes in domo anime sue. Tertio quia per biennium sensum non soluit. Sic qui non reddit deo debitum bone vite. Et addit ibi Hostien. de conductores. alios casus per quos totum perdit. Primo si non operetur terram tpe debito: ne interpestita cultura reddat fundum deteriore. Sic deus malos cultores terre anime quam gerunt male pcedit: et vineam suam locabit alijs agricolis: qui reddent ei fructum in tempore suo. Matth. xxj. Secundus casus hinc Hostien. est si propter inimicitias ex causa coloni ortas damnum detur: ut si eius inimicus arborum exciderit. sic quia dyabolus multa damna facit anime peccatoris propter malicias eius: deus ideo animam suam perdit. Tertius casus est si tenet secum publicas meretrices vel alios publicos peccatores. Argumentum in auct. de leno. §. Sanctius. Sic seruus piger qui secum tenet multas cogitationes. luxurie vel de alijs peccatis publicis meretricibus: iusto dei iudicio perdit talentum. Matth. xxv. et Luce. xix.

Tertio accidia deuastat desiderium: quia frustra ociosus optat mercedem cum operarijs: quia quando aliquid promittitur alicui ob certam causam et conditionem. illa conditione non stante ob culpam illius promissum reuocatur. hoc patet. C. de condi. ob causam dato. l. si liber. Sic spiritualiter de mercede regni celestis que promittitur solummodo operarijs. Matth. xx. Vocat operarios et redde illis mercedem. Et in ps. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo etc. respondetur. Qui operatur iusticiam. Et bene apponit iusticiam. Cuius sit iustum totum genus humanum operari quia primis parentibus dictum est Gen. iij. in sudore vultus tui etc. Sed certe ex illo processu patet quod malitiam multam docuit ociositas: ut patet ecclesiasti. xxxij. Ite vigilantes et non dormientibus iura sub

ueniunt. ff. ex quibus cau. maio. xxv. an. in inte. restituan. l. ab hostibus. §. fina. Et et de electio. cap. vlti.

A vij.

Accusatio est tri

plex. Prima meritoria. Secunda detractoria. Tertia iudiciaria. A Prima est qua quis seipsum accusat in confessione implendo illud puer. xvij. Justus prior accusator est sui. et ratio est bona: quia plus tenetur sibiipsum quam alteri. Et quia oportet quod speculum et manus prius mundentur antequam aliorum maculas mundentur et ostendant. Et quia de iure oportet quod homo sit liber qui debet alios accusare: quia seruus corpore non admittitur ad accusandum. ff. de accusa. et inscriptio. l. hos accusare. propter quod canon omnes admonet di. Prius se ipsius corrigat qui alios corrigere nititur ij. q. vij. Qui sine. Et ca. sequenti. et di. xxv. primus. et dist. lxxj. in sacerdotibus. et dist. lxxxj. nemo. Sed sicut in accusatione iudiciali potest esse triplex error sicut patet in can. ij. q. iij. calumniator. et c. qui non probauerit et c. si que. quorum primus est quando quis in accusatione sua imponit falsa et criminosa alicui et talis ibidem vocatur calumniator. Sic spiritualiter quando quis in confessione vel detractioe mentitur super seipsum vel super alium. Secundus casus est quando ille qui deberet veraciter accusare crimina vera abscondit: et talis dicitur preuaricator. Nam preuaricari est crimina vera abscondere. ij. q. iij. Calumniator. Preuaricator dicitur quasi variator: quia diuersam partem inuadit. Sic spiritualiter qui in confessione abscondit scelera sua non dirigitur. Prover. xxvij. quia si quis fecisset plura damna alicui homini: et offerret ei emendam de aliquibus et non de alijs homo non reciperet talem emendam. Ita nec deus. Tertius error est quando homo ab accusatione desistit ante debitum finem et talis ibi vocatur tergiversator. Sic spiritualiter qui cessat seipsum accusare ante debitum finem scilicet ante mortem. Ideo de illis qui sic faciunt dicit ps. Peccatum meum contra me est semper. Et vide infra. b. pa. et c. i. c. B Secunda accus

Acquisitio

fatio est detractoria et hec est tota erronea
— qz omnis accusatio debet procedere a cha-
ritate vt vicia corrigantur. xiiij. q. v. Pro-
dest. Et talis non debet dici maliuolus s
beniuolus et amicus. v. q. v. Non vos iudi-
catis esse maliuolos. Illa autem procedit
— ex prauitate et inimicitia vbi detractor pu-
blicat crimina que probare non potest. et
talis non est corrector: sed proditor. ij. q.
i. Si peccauerit. et. v. q. j. c. ij. Et est excom-
— municandus di. xlvj. Accusatores. Item ali-
quando ostendit scelera corrector: et in hoc
est peior dyabolo qui non nocet homini p-
pter culpam corrector. Et etiam de crimi-
ne de quo prius est absolutus non debet ac-
cusatio replicari hoc patet. extra de accus-
sationib. de his. xiiij. q. iij. Si illic. Item
sicut stulte accusans obligatur ad penam
talionis si in accusatōe defecerit. ij. q. viij.
Quisquis. et. q. iij. c. Qui non probauerit.
Sic spiritualiter detractor sustinebit illā
penam qua iudicat illum dignum cui de-
trahit. Hoc patet extra de calumniatorib.
— Lys dilectus. Item sicut falsus accusator
vel testis tenetur ad restitutionem omnium
que per falsam accusationem proximus
amittit. xiiij. q. v. Non sane. et. q. vj. c. Si res
aliena. et. q. j. Notum. ita detractor.

— **L** Tertia accusatio est iudiciaria
que fit in publico iudicio quod multū dif-
fert a iudicio confessionis. quia in illo iu-
dicio reus id est peccator iuste appellat a
pena quam meruit scilicet in confessione.
— sed qui in iudicio publico declinat iustam
sententiam appellando peccat et punien-
dus est. ij. q. vj. Omnimodo puniendus est

A it.

Acquisitio iniu-

sta habet. Primo ingressum
maliciosum. Secundo pro-
gressum ruinosum. Tertio
egressum damnosus. **A** Primo ha-
bet ingressum maliciosum: quia multi de
iniustis acquirentibus se habent ad illos
a quibus acquirunt. sicut ille medicus se
habuit ad illum qui habuit oculos infir-
mos de quibus habetur. ff. de var. et extra
ordi. cogni. l. ij. Medicus sub quo sequit-
tenor talis. Medicus quidam curandos
oculos qui ei laborabat commiserat peri-

culum amittendorum eorum aduersa me-
dicamenta inferendo contulit vt ei posses-
siones suas contra bonam fidem venderet
hec ibi. Sicut ille posuit illum in tam ma-
lo statu vt ei venderet possessiones pro sa-
nitate habēda. Ita cupidi acquirentes vi-
dentes vicinum habere possessiones quas
optant vel propria actione. vt infra. b. vj.
d. vel procuramine ponunt eum in brigas
et seditione ac vexatione vt necessitate cō-
pulsus det eis vel vendat eis contra volū-
tatem suam vel obliget ad vsuras contra
deum Luce. ij. Neminem concuratis ne-
qz calumniam inferatis. Et contra regu-
lam iuris que dicit qz cum aliena iactura
nemo dicit locupletari li. vj. **B** Sec-
cundo habet progressum ruinosus quia di-
cit lex de regulis iuris. ff. Nihil tam natu-
rale qz qz vnūquodqz eo genere soluat
quo erat ligatum. Cum igitur talia male
acquirenta sunt congregata per crimina et
doloem. sicut patet infra. a. xix. a. quia il-
li dolent a quibus auferuntur nihil natu-
ralius nisi qz eodem modo perdatur: sicut
narrati qz opus cecidit quod fuit false fas-
ctum. Potest responderi qz hoc est minus
mirabile mundi: ita narrantibus qz bona
congregata ex vsuris vel ex alia iniquita-
te per fures vel malum dominum auferun-
tur vel qz domus ex talibus edificata vel
in qua sunt cōgregata est combusta vel ta-
lis iniustus acquirentor sine herede morit-
vel qz stultus habet heredem qui omnia p-
dit bene potest responderi qz hoc est min-
mirabile mundi. quia dicitur qz de dyabo-
lo venerūt et ad dyabolum vadunt Eccl. s
j. Ad locum vnde exeunt flumina reuertū-
tur. etiam si transeant ad plures qui sciāt
aut scire possunt de mala fide si uellent. qz
possessor male fidei nullo tempore prescri-
bit. extra de regu. iur. li. vj. Et quia heres
vel successor tenetur de debito predecesso-
ris quādo succedit in vicium. extra de im-
muni. eccle. Aduersus. in glo. extra de pre-
ben. Cum sicut apostolum. et etiā in glo. Et
ideo psal. Introibit vsqz in progenies. pa-
trum suorum et vsqz in eternum non videbit
lumen. **L** Tertio habet egressum
dānosum. qz sicut testamentū qd filius fa-
miliis dum est in ptate patris facit de pe-
culio feniceo id est de rebus patris non va-

Adulterium

let nec inuat eū. qz est contra iura quibus
nō pmittitur facere testamentū. Institut.
de testa. ordi. §. j. Ita nec tenet testamen-
tum illud quod malus acq̄sitor vel detē-
tor facit moriens dux est filius in potesta-
te patris Job. viij. Nos ex patre dyabolo
estis. quia anima sua ⁊ omnia male acqui-
sita sua que licet sint bona illi⁹ patris dñi
illa tenet. quia acq̄sivit illa dum esset in
seruitio dyaboli. Sic seru⁹ dum est in ser-
uitio domini. Institut. Per quas psonas
nobis acq̄ritur. cum suis concordantijs
Et quia non remittitur peccatum nisi res-
tituatur ablatum. extra de regu. iur. li. vj.

A x.

Adulterius du-

cit. Primo ad penā tempa-
lem. Secūdo ad mortes corpa-
lem. Tertio ad confusione

mundialem.

A Ratio p̄mi est bo-
na. quia sicut adulterium facit iuste perde-
re bona temporalia. quia est contra leges
mundanas in quib⁹ dicitur q̄ propter de-
lictum commissus in adulterio contra ho-
minem mortales mulier perdit dotē tem-
poralem. C. de repu. l. Consensu. ⁊ l. Jube-
mus. li. v. Et d̄s oībus bonis viri priuari
non obstante contraria consuetudine. ex-
tra de consuetu. Ex parte. Ita anima que
est sp̄sa xpi facta in baptismo in fidei su-
sceptione Osee. ij. Sponsabo te mihi in fi-
de. propter idem adulterium perdit dotes
eternas ⁊ omnia bona mariti eterni. quia
est factum contra maritum eternum ⁊ cō-
tra preceptum suum. Exo. xx. Non mecha-
beris. Et sicut pater terrenus potest iuste
exheredare filiam suam. quia impudice ⁊
immunde viuit. C. de inoffi. testa. l. Si fi-
lias. ⁊ extra de iureiu. q̄nta val. in glo. Ita
pater celestis priuabit talem animam he-
reditate celesti. Ep̄b. vj. Hoc autem scito-
te intelligentes. quia omnis fornicator ⁊
immundus non habebit hereditatem in re-
gno xpi. ⁊ d̄i. ⁊ j. Cor. vj. Neq̄ fornicarij
neq̄ adulteri neq̄ molles neq̄ masculo-
rū cōcubitores: neq̄ fures: neq̄ ebriosi re-
gnū dei possidebūt. Et vbi ḡ erūt. Oñdit
Job. i apoc. xxi. Abi d̄ talib⁹ loquit. Pars
illoꝝ erit in stagno ardēte igne ⁊ sulphure
q̄ ē mors sc̄da. Ibi tu adult⁹ cū adulteris

portionē tuā ponebas. vide infra. l. xij. d.
⁊ m. vj. d. B Secūdo ducit ad mor-
tes corporale per legē dei dicentis. Deut.
xxij. Si dormierit vir cum vxore alterius
vterq̄ morietur id est adulter ⁊ adultera
⁊ auferes malum de israel. ⁊ s̄m leges hu-
manā que punit adulterius pena capitis.
ff. de adulte. l. Lex iulia. ⁊ C. de adulterio.
l. Castitati. Gratius de pena infligenda.
De talibus patet in lege diuina. Danielis
xij. De susanna in qua predicta lex fuit in
opere obseruata. Expedi igitur ista scire
⁊ intime cogitare vt sciatis quantus dñs
in lege sua ⁊ sapiētes ⁊ iusti in legib⁹ suis
ponderauerunt adulterium q̄d est matris-
monij fractio ⁊ fidei falsificatio ⁊ filiorū
heredum obprobrij magna occasio. Et vt
sciatis q̄ dure dñs iudicabit i iudicio suo
adulteros quod est multo iustius q̄ aliqd
iudicium humanū in quo stricte respōdes-
bunt de oībus predictis dānis. quia q̄ dat
occasionē dāni culpa interueniente de to-
to dāno respondebit. ff. ad. Laquil. Qui oc-
cidit. ad mundiale depauperationē ⁊ dis-
famationes. E Tertio ducit ad du-
plicem confusione sc̄s ad mundiale depau-
perationem ⁊ diffamationē. Jere. vij. Dus-
plici contritione conterere eos. Primū fre-
quenter videmus q̄ mulier p̄pter adulte-
riū a viro dimissa in magnā cadit pauper-
tatem. quia que recedit a marito per adul-
terium maritus non tenet eā recipere nec
alere. Argu. xxij. q. j. c. De benedicto. Sic
spiritualiter nec deus adulteros sp̄uales
vel corporales alit gratia nec gloria dunt-
eum derelinquunt. Jere. xvij. Qui te dere-
linquūt cōfundent. quia cadunt in dupli-
cem paupertatē in quarū vnam sc̄s mun-
diale si oīs caderent que deseruiunt lu-
xurie multe mendicarent. quia sunt mulie-
res diuites ⁊ potentes que si essent paupe-
res ⁊ indigentes essent priuate dote ⁊ om-
nibus bonis mariti s̄m iura prius allega-
ta. ⁊ extra de dote post diuoz. resti. c. Ple-
rumq̄ vbi expresse dicitur. q̄ propter mu-
lieris adulterium mulier dotem amittit.
De pfusione autem diffamationis ⁊ alia-
rum miseriarū que sequuntur adulteriū
satis expresse habetur disti. lvi. Si gens.
primo recitando dicitur q̄ quedam gens
sp̄retis legitimis matrimonijs adulterā

do et fornicatio vitam sedam dicitur duce
re ostendit ex hoc qd estimandum est sequi
degeneres populos et feruētes libidine et
ad extremum vniuersam plebē ad deterio
ravergentē: nec in bello seculari fortē: nec
in fide stabiles: nec hominibus honorabi
lem: nec deo amabilem esse venturam do
nec finaliter destruat per illud diluuiū
Osce. iiii. Malecdictū mendaciū et homi
cidiū et furtum et adulteriū inundauerunt
intantuz sicut dicit Jere. xxiij. Adulteris
repleta est terra. ideo sicut dicit Apostolus
Debre. xiiij. Adulteros iudicabit deus qui
iudicat de meretrice magna vt dicitur.
Apocal. xix. A xi.

Adulatio que ali

cui prebet audaciā delinquē
di. Primo est maliciosa pro
ditori loquenti. Secūdo est
periculosa auditori letanti. Tertio est dā
nosa receptori aliquā lucranti.

Primo dico qd talis adulatio est mali
ciosa et viciosa ipsi loquenti. Nam adula
tor si plenus vitijs proprijs facit seipsum
nimis plenus alienis in quibus facit seip
sum participem per suam adulationem. qd
ex quo fm regulam iuris li. vj. Non est si
ne culpa qui rei ad eum non pertinenti se
immiscet. non est dubium quin ipse grauius
peccet qui se intromittit de aliena culpa
ipsam commendando vel adulatione pal
pando pro qua adulatione tenetur ad res
stitutionem omnium damnorum que ex il
la sequuntur fm qd in versibus istis conti
netur Iussio consiliū p̄sensu palpo recur
sus Participans mutus nō obstant nō ma
nifestas. sicut falsus testis. supra. a. viij. b.
De istis nota in sūma p̄fessorū li. ij. ti. v. de
receptorib⁹. q. xxiij. Vñ om̄s tales peccant
mortaliter vt expresse patet di. xxv. c. Anū
S. Alias in glo. super verbo. Adulari. vbi
distinguit de triplici adulatione di. Trib⁹
modis adulatur quis. P̄rio tribuendo bo
nū alicui qd nō habet. Secūdo nimis ex
tollendo bonū qd h̄z. et vtrūqz illoꝝ venia
le. Tertio approbando malū qd h̄z et illud
est mortale. hec ibi. Et est ratio bona et eli
citur ex canone. xlvj. dist. Sunt nonnulli.
Sumpto ex verbis beati Grego. xvij. lib.
moral. sup illo verbo Job. Absit b̄ a me vt

in istos et os iudicē. Sunt inquit nonnulli
qui duz malefacta hominū laudibus effe
runt augent q̄ increpare debuerant. Vñc
per prophetā d̄: Eze. xiiij. Ne qui p̄sumūt
puluillos sub omni cubito man⁹ et faciunt
ceruicalia sub capite vniuerse etatis. Ad
hoc quippe puluill⁹ sub cubito et cervical
sub capite iacentis ponit vt mollit q̄scat
Quisquis igitur male agentibus adulat
et puluillum sub cubito cervical sub capite
iacentis ponit vt qui corripit ex culpa de
buerat in ea stultus laudibus molliter q̄
scat quoz omniū talium periculum patz.
Esa. v. Ne qui dicunt maluz bonū vel fm
aliam litteram vel qui dicit malo qz bon⁹
es. Et sic patet quō illa adulatio est mali
ciosa q̄ laudat peccator in desiderijs am
me sue dicit psal. B Quantū ad se
cundū videlz qd adulatio sit proditoria et
deceptoria et periculosa audienti et de ea
gaudenti patet. qz ille qui tibi adulat te
decipit et qd sit p̄ditio patz di. xlvj. Eleris
cus. qui adulationib⁹ et p̄ditionib⁹ vacas
re deprehendit degradetur ab officio. sup
quo verbo dicit glo. qd proditor dicit ille
qui maliciose aliquem circūuenit et qd hoc
facit adulator patet Eze. xiiij. Vbi loquēs
de talibus dicit sic. In scriptura domus
isrl non scribētur nec in terrā israh ingre
diēt eo qd deceperint populū meū dicen
tes pax. pax et nō ē pax. ipse edificabat pas
rietes. illi autē limebant eū luto absqz pa
B Secundum etiam est notus quia sine operibus fides nō saluat. s. L. xv. A. et Jaco. ij. Fides sine operibus mortua est. si igitur credis in deus fac sicut ille qui dicit. Jaco. ij. Ego ostendam ex operibus fidem meam destruendo malas vitam sicut volentes operari vadunt potius ad illum qui dat. xij. denarios q̄ ad eum qui nō dat nisi vnū et specialiter si p̄mus sit amicus et alius inimicus. Sic de deo qui offert nobis celus et diabolus infernū oportet renūciare diabolo et seruire xp̄o. quia fides per dilectionem operatur. de pe. di. ij. c. Si cū. quia ad hoc obligatur homo propria promissione in baptismo et cōfessione. et tamē fides cum promittitur est seruanda domi

no temporali. xxiiij. q. v. Si ap̄d. imo hosti seruanda est. xxiiij. q. i. Noli. maiori ratioe deo. Esto fidelis vsqz ad mortem. Apoc. ij.

L Quātum ad tertium omnes xpiani tenentur fides xp̄i defensare. dist. xcvi. Nos. et xxiiij. q. viij. §. Vis ita. Ratio est quia ille qui nō protegit sed deserit prepositum in bello preposito occiso desertor capite punietur. ff. de re mi. l. Desertorem. §. vlti. Sic qui in bello fidei deserit fidē. peccatores faciunt contra deus ipsi mandata iuramentis et alijs peccatis contemnendo ipsum non defendunt dicentem in ps. Quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem. quia ex quo lex virtutis ē patriā et socios defensare ab iniuria. xxiiij. q. iij. Non inferēda. Et. c. forte. ergo et deū Et ex quo qui potest et nō repellit iniurias a socio est in vitio sicut ille qui facit. xxiiij. q. iij. Non inferenda sup. b. viij. b. Et q̄ nō defendit veritatem proditor est veritatis. xj. q. iij. Nolite timere. ergo iniurias dei et fidei defende vsqz ad mortem. quia qui p̄ fide et fidelium defensione moritur celeste premiū consequetur. xxiiij. q. viij. Omnium. dicens illud. i. Thimo. iij. Fidem seruauit. De reliquo reposita est mibi corona iusticie et.

Filiatio ē triplex

F Primo diuina. Secūdo hūana. Tertio prophana. quia filius nō solum dicitur carnis propagatione. sed mox imitatione. xxiiij. q. ij. Queritur. in p̄mo puncto filiationis est qui deū filialiter veneratur. In secundo q̄ patri carnaliter assimilatur. In tertio qui diabolu letaliter imitatur. De p̄mo in ps. Filij excelsi omnes scy qui sunt baptisati et ad hereditatem eternā ordinati. de pe. di. iij. §. Hii ergo. de quibus in ps. Eus dederit dilectis suis sōnū ecce hereditas dñi filij merces et. s. sicut filius multis de causis potest perdere hereditatē patris sui terreni sicut patet in aut. vt cum de appella. cognosci. §. Causas. Coll. viij. Et habentur in glo. ex de iureiu. Quintavallis.

B Cause ibi assignate sunt iste quare licite pater potest prolem suam exheres dare. Primo si quis in parentes manus iniecerit. Secundo si grauem et inhonestā

iniuriam eis ingesserit. Tertio si eos in criminalibus causis accusauerit d. causa que non sit aduersus principem vel rempublicam. Quarto si cum maleficis versat. Quinto si maleficus efficiatur. Sexto si vite parentum per venenū vel alio modo insidiari tetauerit. Septimo si nouerit sive l. cō cubine patris sui sese miscuerit. Octauo si delator contra parentes filius extiterit et per suam delationē grauiam eos dispendia sustinere fecerit. Nono si pro persona eius vel debito inq̄tus potest fide iubere noluerit. Decimo si eos testamentum facere prohibuerit. Undecimo si contra parentū voluntatem inter arenarios et mimos pseuerauerit nisi forte parentes illius essent talis conditiōis. Quid sit arenarius. vide. j. l. xj. c. Duodecimo si filia luxuriosam vitam duxerit cum eius parentes eam vellent p̄ posse suo dotare et maritare. vsq; ad. xxv. annū. Tertiodecimo si parētibus furiosis debitas curam et sumptus nō prebuerit et extraneus qui impedit heres sit. Quarto decimo si parentem in captiuitate vel carcere detentum non festinauerit redimere. In puncto p̄mi arti. contra deum patrem suū est qui iniuriam facit homini ad ymaginem dei facti. In secūdo sunt iuratores. In tertio et octauo sunt qui culpas deo indirecte opponūt dicentes q̄ sunt talis nature q̄ non possunt continere sicut Adam dixit. vxor quas dedisti mihi dedit mihi et comedi vel directe asserentes q̄ deus hoc ordinauit. In quarto et vndecimo est q̄ cū peruersis nimiam habet societatem in q̄ facto omnes simul de facto respondebūt. Sicut omnes de camera in qua plures habitant respondebunt de effusione v̄l deturpatione veniente de loco illo. ff. pro socio. l. j. c. l. Luz sane. Roma. j. Digni sunt morte nō solum qui faciunt ea. sed etiam q̄ cōsentiūt facientibus. c. ij. Johan. j. dicitur. Qui aue ei dixerit cōmunicat operib; eius malignis. In q̄nto est omnis peccator. In sexto reus est coram deo qui optat mortem patris vel matris. In septimo et duodecimo est luxuriosus. quia Ephes. v. Omnis fornicator aut immūdus non habet hereditatem in regno xp̄i et dei. sicut vxor per sententiam a viro separata propter adulterium perdit dotem quā post mortem ma-

riti esset habitura. ff. solu. matri. Ad libitum. sic anima. c. In octauo et xij. est qui est parentibus vel alijs indigentib; nimis durus. vide sup. e. x. a. In decimo ē falsus executor et specialiter patris vel matris v̄l qui in aliquo impedit illorū testamentum vel cōmodum di. Esa. j. Filios enutriui et exaltaui. ipsi autem spreuerunt me de tali impletur illud Gal. iij. Nō erit heres supple ingratu. Nec mirū quia sicut quādo aliquis est ingratus illi q̄ putatur eē eius pater magna presumptio est q̄ non sit filius eius. C. de post li. reuer. et redē. ab ho. l. Unusquisq;. Nec inquit dicere suum potuit quē pereuntē contempserit. Ita ille nō potest dicere filium suū quem non iuuat. Ita nec econuerso iste poterit dicere illuz esse patrem suū quem in necessitate contēpsit per legem istam sic illi qui sunt ingrati deo et inobedientes licet putentur et dicant se esse filios dei sicut mali iudei dixerunt se esse filios dei et abrahe. Job. viij. q̄bus xp̄s respondit. Vos ex patre diabolo estis. et in ps. Filij alieni mētiti sunt mihi. Si filij abrahe estis opera abrahe facite. sic ergo cognoscite deum patrem vestrum et liberatorem de quo ibidem. Si filij vos liberauerit vere liberi eritis honorando et diligendo sicut abraham fecit. vel in infernalem redigendus est seruitutem sicut filius māumissus a patria potestate p̄pter ingratitudinē redigit. C. de ing. li. l. j. c. ff. d. his q̄. vt indi. aufe. l. j. Illa nāq; lex vult q̄ libert; inḡtus p̄no mortuo careat legato qd̄ ei p̄onus reliq̄rat. Sic in p̄posito de testamēto dei de q̄ in ps. Disposui testamētū elect; meis c. et Lu. xxi. Dispono vob; regnū. et in ps. Si custodierit filij tui testamētū c. De scdo in ethimologia noīs in q̄ fili; d̄z q̄ fit vt ille vt natura similitudinis. Sic cā ḡtitudinis vt p̄ filiū alat ḡtanter et econuerso. P̄tio ḡ p̄ tenetur filiū alere impotentē nō solū cibo corpali s; etiā sp̄ali. qz p̄ d̄z de filijs t̄palē curas h̄re. di. xxx. si q̄s dereliq̄rit. Nec d̄z sp̄ osculari. s; q̄nq; p̄p̄ disciplinā castigare. v. q. v. Nō osculat. maiori rōne h̄ verū est de p̄re sp̄ali. qz lz vterq; teneat filios suos verbo et exemplo a vitijs ad virtutum studia reuocare. distin. xlvij. Sicut hij. s. Necesse. specialius tamen qui ad anime alimen-

Filius

tationes deputatur. Et licet utrobique qui non aliter occidit corpus seu necat. ff. de agno. vel alien. libe. l. Necare. Ille tamen videtur culpabilior. quia necat animam natura nobilior. quia gloria patris est filius sapiens. distinc. xlv. Esto in fine. Et utilius est mori sine filiis quam reliquere filios impios Eccli. xxx. Quod etiam filius teneatur pro alere et iuuare. patet. ff. de agno. et alien. li. l. Si quis. §. Si nihil. in hec verba. Si ipse sit mancipatus pro alere inopem alere cogetur iniquissimum enim merito quis dicit patrem egere cum filius sit in facultatibus hec ibi. Et est contra omnes potentes permittentes deum patrem in suis pauperibus membris nimis indigere. Recte ergo sicut filius tenetur alere patrem inopem. et liberus patronum et uxorem et filios in paupertate incidentes. ff. de agno. et alien. li. §. si libertum. Ita tenemur alere deum patrem in membris suis. ps. Ego vero egenus et pauper sum. ut semper nos alat in gloria sua sicut pater prius alitus suscipit filium gratum dicens illud Matth. xxv. Esuriam et de distis mihi manducare. unde venite benedicti patris mei percipite regnum etc. Et si non fecerimus nec timore pene eterne nec amore eterne glorie inuicem forte prolem ingratam incidentes in illud quod quisque iuris in alterum statuit eo ipso utatur. Et etiam sponsam. id est ecclesiam et filios indigentes quia res que habetur bono titulo ad hoc nobis deus donauit. quasi dicat singulis illud Tho. iij. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. si exiguum illud etiam libenter impartiri stude. Et nota quod nomine alimentorum continetur victus vestitus et calciamenta et aqua et habitatio. ff. de aliment. l. j. et l. legatis. et l. vlti. Sed queritur an filius potius teneatur alere patrem vel matrem indigentem cum utrumque alere non possit. Seneca mouens hanc questionem in declamationibus mirabiliter ponit casum. Quod quidam pater a piratis captus filio mittit pro auxilio habendo. mater domi ceca non habens aliud auxilium precepit quod secum remaneret quia utrumque iuuare non potest. facit argumenta hinc inde. sed non soluit iura ciuilia in consimili respondent casu sicut patet institui. de patria potesta. in glo. tenendoy citius tenetur patrem alere.

Fornicatio

re. quia ex legis presumptione ut communiter filius pro se sperat habere a patre pro quas responsiones patet quod in necessitate homo debet alere deum patrem suum omnibus alijs operibus omissis prout elemosynam impediunt. Juxta quam questionem et responsionem iterum querit glo. xxx. q. iij. Pitastium. utrum sit patri carnali vel spirituali in necessitate subueniendum et respondet quod genitori in beneficiorum exhibitione. sed alter est in reuerentia preferendus. sic deum omnibus preferas. vide. g. iij. c. Juxta hoc querit glo. di. lxxxvj. Non satis. si pater meus sit infidelis et equaliter eget cum fidei cui teneor magis subuenire cum non possim utrumque iuuare et respondet quod fidei. quia pro causa elemosyne debet potius persari gratia quam natura. Arguitur quod infidelis quia si tunc moriatur danatur. sed viuendo potest vitam suam corrigere sed siue sit siue illud cum deus sit pater tuus fidelis et rectus. Deutero. xxxij. ipsum in omnibus preferas et ei obedias implendo quo ad deum et quo ad alios parentes illud. Ephe. vj. filij obedite parentibus. De tertio Johan. viij. Eos ex patre diabolo estis oportet ergo quod per penitentiam legitimentur quia aliter non sunt ad sacros ordines angelorum promouendi. dist. lv. Presbyterorum. quia sicut illi non reputantur filij nec debent in bonis succedere patri qui nati sunt de incestu. xxxv. q. vij. per totum. Ita nec filij diaboli non per carnis propagationem sed per criminis successionem. j. q. j. Cito. de pe. di. ij. Cui sane. quia abutuntur illo privilegio. Johan. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri.

§ viij. 2. p

Fornicatio Pri

mo est danabilis misero committenti. Secundo placibilis diabolo persuadenti. Tertio odibilis deo prohibenti. A Quantum ad primum quod sit lesiua partibus peccantibus patet quia danificat quo ad mundum. impedit quo ad celum. et expedit quo ad infernum. Primum potestis quotidie videre in fame perditione. in substantie diminutione. in diuersa fornicantium vexatione. pro qua ostenditur quod fornicatio nulli impune creditur

xxvij. q. j. Nubendi. Secundū ostendit apostolus eph. v. Hoc enim scitote intelligētes quod omnis fornicator aut imūdus aut auarus quod est ydolorū seruitus non habet hereditatem in regno xpi et dei. Et ideo dyabolus mentitur qui dicit fornicationē nō esse peccatū mortale. quia mentita est iniquitas sibi. p̄t̄ ex hoc. qz fornicator excludit a celo et ex hoc quod phinees occidit fornicātes Numeri. xxv. Et de h̄ sacra i scriptura cōmendatur. Et ex hoc dicitur. Gen. xxxvij. Fornicata est thamar et sequitur. Producite eam ut comburatur. qz ex hoc ap̄ls. ij. Cor. x. Scribit multos p̄pter fornicationē occisos per dei voluntatem di. Neqz fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt et ceciderūt vna die viginti tria milia. Ideo. j. Cor. vj. Nolite inquit errare. neqz fornicari. neqz idolis seruientes. neqz adultari. neqz molles. neqz masculorū scubitores. neqz auari. neqz ebriosi. neqz maledici. neqz rapaces regnū dei possidebunt. ergo patet quod sit peccatū mortale et hoc etiā expresse determinatum est in clement. c. de hereticis. Ad nostrū. §. Septimo. vbi pertinaciter asserens contrariū inter hereticos numerat. Et causa est fm̄ glo. quia dicit contra p̄ceptum dei Exodi. xx. Non mechaberis. i. non ibis ad aliquā nisi ad uxores tuā. xxxij. q. vj. Non mechaberis. Et canō ponit fornicationē int̄ alia crimina mortalia. xxxij. q. j. Predicandum. Nec illud ē p̄tra hoc di. xxxij. Is qui nō habet. r. c. seq. vbi videtur concubinat⁹ esse permissus et glo. dicit ibi quod concubina vocatur vbi mutu⁹ assensus matrimonij interuenit et nō est sollēnter ducta sed exp̄s se tenet glo. xxxij. q. iij. super. c. Adheretices. et respōdet ad omnia scripta quā vident concubinatus permittere di. quod est compatiua permissio qua permittit̄ min⁹ maluz ut maius euitetur. sicut p̄t̄. xxxij. q. ij. Si quod verius. vbi potius pmittitur quod quā vxorem adulteram dimittat quod occidat et quod citius sortib⁹ credat quā demones consulat. xxvj. q. vi qui. Ita potius concubinatus toleratur quod sodoma vel adulterium committatur. et tamen vtrūqz est mortale. hoc etiā patet. extra de cohabitatione clericorum. c. ij. r. c. clericus. vbi habetur quod clericus habens concubinam post trinam am-

monitionem est excommunicandus et si habet beneficiū est ab illo spoliandus ibides c. Sicut. sic beneficio celi quia dicit Deo. xij. Fornicatores et adulteros iudicabit deus. et Ap̄ oc. xxj. Incredulis inquit et fornicatorib⁹ quā fornicatio beneficia et ydolatris pars illorū erit in stagno ardenti igne et sulphure quod est mors sc̄da. Et ideo fornicatio inter septē vicia pctm̄ maximū ē p̄pter templi dei violationē. xxxij. q. iij. In eo quod. r. q. vij. non solum. **B** Secundū ostēdit in glo. sup̄ leuiticū inq̄ns demones de omni peccato gaudent p̄cipue tamē de fornicatione et ydolatria et cā potest esse qz ibi lucrant̄ duos fornicātes vbi in alijs peccatis nō capit nisi vnum et xpianus fornicans graui⁹ peccat quā infidelis qz facit mēbra xpi membra diaboli. xxxij. q. iij. In eo. Omnis fornicatio phibetur. xxxij. q. iij. Dicat. r. c. Adheretices. nec excusat per r̄lem suscitandam seu p̄ intentionē p̄creandi proles. xxxij. q. ij. Cō nubia. §. Cōcubine. Ideo ap̄ls. j. Cor. vj. Fugite fornicationē. **L** Tertū vis delicti quod fornicatio sit odibilis deo ostenditur in hoc quod ipse nō fecit nisi decē p̄cepta. et in vno illoꝝ phibuit fornicationem. Exodi. xx. et Deutero. v. di. Non mechaberis quod pertractās decretū ex verbis Aug. in questionib⁹ in Deut. dicit quod sicut furti nomine interdicit̄ omnis illicita vsurpatione rei aliene. supple q̄ prohibet̄ a deo in hoc quod dicit non furtum facies. Exo. xx. sic p̄fecto nomine mechie omnis illicitus cōcubitus atqz illoꝝ membrorū non legitimus vsus prohibitus debz̄ intelligi. xxxij. q. iij. Adheretices. ex quo sic est omis fornicatio aut immundicia. aut auaricia nō nomine in vobis. sicut decet sanctos dei eph. v. Sed ama sanctas litteras et carnis vicia non amabis. ut dicit Hiero.

§ ix.

Fortitudo boni

Fxpiani. Primo debet ostēdi in magna pugna contra hostes aie. Secdo in dura sufferentia penitētie. Tertio in longa virtute perseuerantie. **A** Primū patet. qz a perfectis bella carnalia non sunt peragenda. sed anime certamina contra spū

Fraternitas

les aduersarios desideranda. xxij. q. j. nisi bella. Recte sicut principes bellat ita fortiter sicut sciunt contra hostes suos mundiales propter iniuriam impulsanda. xxij. q. v. Cum homo. Ita et nos oportet. Et sic illi faciunt hoc ut habeant pacem mundialem. quia bellum geritur ut pax acquiratur. xxij. q. j. Noli. r. c. Apud veros. r. q. iij. displicet. Ita et nos pro pace eterna. Et sicut possessiones ecclesiarum manuali gladio tue-ri debent. xv. q. vj. Auctoritates. xxij. q. iij. Maximianus. Ita res spirituales spirituali fortitudine. Et si corporalis fortitudo que pro afflictis tuendis vel liberandis exercetur est laudabilis. xxij. q. iij. Fortitudo. Ex-emplum de moysse qui egyptium malignante occidit. xxij. q. iij. Non inferenda. maiori ratione et patz. qz si sarraceni pugnant contra christianos iuste impugnant. xxij. q. viij. Dispar. sic hostes anime iustius impugnamus. Et si bella contra excommunicatos et fideles sumpta sunt meritoria. xxij. q. v. Omnium. Et duobus capitulis sequentibus. maiori ratione illud bellum sanctorum qui fortes facti sunt in bello hebreo. xj. Est maioris meriti. Qualitercumque ergo sit de fortitudine corporis forti animo esto. Tho. v. Et contra hostes anime sicut precipitur. j. Petri. v. Resistite fortes in fide. B

Secunda fortitudo est necessaria peccatori. quia sicut reges fortiter pugnant pro terris suis perditis recuperandis et pro iniuria eis facta vindicanda. xxij. q. v. Cum homo. ita oportet quod faciat pro celo recuperando peccator et de hostibus anime vindicando. di. xxij. q. iij. Fortitudo. Et qz illud bellum est forte. ergo dicitur de omni tali sapientie. x. Certamen forte dedit illi ut vinceret. L Tertia insuper fortitudo est necessaria. qz sicut in bello iusto perseverantes usque ad mortem saluantur. xxij. q. v. Omnium. Ita in spirituali qui perseveraverit usque in finem hic saluus erit. Matth. x. r. vij. q. j. Suggestum. ergo usque ad mortem certa pro iusticia Eccli. iij. et Judicium. vj. Uade in hac fortitudine tua F x.

Fraternitas est

triplex. Primo originis unione. Secundo religionis possessione. Tertio similitudinis

comparatiōe. De prima Sen. xlij. Fratres enim sumus filij viri unius. Et est advertendum quod est magna similitudo inter istam fraternitatem nature et inter illam que est gratie de qua. ij. q. j. Adulti. in medio r. xj. q. iij. Ad mesam. et Job. xx. Uade ad fratres meos et dic eis qz sicut ille qui est senior frater in natura est abilioz et habet pinguius ius ad paternam hereditatem. ita ille qui est prior in statu gratie est potentior in iure celi et qui prior est tempore potior est et iure. extra de reg. iur. li. vj. Sed quid si vnus sit prior et senior frater quo ad naturam: sed posterior quo ad gratiam habilitante eum ad hereditatem sicut verbi gratia. ponatur casus quod aliquis habuit filium ex concubina dimissa illa accepit uxorem de qua suscepit filios qua mortua contraxit cum concubina et ita legitimus est filius eius secundum iura canonica. extra qui fil. sunt legi. Tanta. et ciuilia. Institu. de nup. §. vl. Consuetudo est in illis partibus quod primogenitus succedit patri in tota hereditate. Natus ex concubina. et legitimatus per sequens matrimonium vult succedere tamquam senior frater natus ex legitima uxore. Contradicit quod licet ille sit primogenitus non tamen primo legitimatus nec habilitatur ad paternam hereditatem. Queritur quis heres erit. Dicitur potest quod filius concubine in hoc casu non habebit hereditatem quia fuit nimis tarde legitimatus et tenent hoc iuriste. Istud pro tanto est ad propositum quod sicut ille frater senior perdidit paternam hereditatem quod nimis diu expectauit legitimatorem. ita confidentes in penitentia sepe perdimt celum. sicut patz infra. h. ij. a. quia nimis expectant libertatem gratie et in hoc puncto senior frater tempore non erit heres. qz est filius ancille. i. carnis carnaliter uiuens cum filio libere Gal. iij. Quia sicut filius illegittimus per mortem patris nullam hereditatem acquirit. C. de natu. lib. l. Aut licet. Et est qui fil. sunt legit. Tanta. Ita illi quibus dominus dicit. Job. viij. Vos ex patre dyabolo estis. non acquirunt celestem hereditatem per mortem christi. qz sicut iste non est capax per legem mundi: sic nec ille per legem dei. qz per partem fraternitas deperit Sapi. x. Illa videlicet fraternitas gratie in qua christus est senior frater et primogenitus in multis fratribus. Ro. viij. B De secunda fraterni-

tate. j. Petri. iij. Unanimus estote fraternitatis amatores. r. xvj. q. j. Eos autē fratres. vbi hortatur fratres gratie r religio nis q in bono pposito vsqz in finē perseuerent qd non solus est necessariū religio sis sed omnibz xpianis. qz sicut ille qui religionē deserit dicitur apostata religionis qz de religione culpabiliter ad seculum redit di. xxvij. Virgines. Ita ad peccatū rediēs apostatat a statu bone vite r religio ne gratie. Unū exemplū ad hoc in vno peccato p oibus alijs. xxvj. q. vlt. Non obseruetis. Observans inquit diuinationem et sortilegia sciat se a fide xpi apostatas. i. retro abeuntem de hac fraternitate grē. r. q. ij. c. Epus habeat. dr q epus debz sic ordi nare bona ecclesie q nullus fratru sit nisi mis indigēs. r idē etiā ē necessariū omni bus xpianis. quia. j. Job. iij. Qui habuerit substantiā hui mundi r vidit fratrem suum necessitatē habere r clausit viscera sua ab eo quō charitas dei est in illo. **C**

De tertia. i. bona fraternitate ppter cozporalē similitudinē de conse. di. j. Jacob? frater dñi. De mala autē que strahitur p maloz opey paritatē. xij. q. v. Immolās Qui inquit effundit sanguinē r qui fraudem facit frēs sunt. r Michēe. vij. Omnes in sanguine insidiantur vir fratres venaf in mortem. **F** xi.

Fructus tripli

F ces. Primo quidā sunt recipiendi. Secdo quidāz sequestrandū. Tertio quidā restituen di. **A** Quantuz ad primū tria genera fructuū sunt libenter recipiēda et perseueranter conseruanda. Primū sunt fructus penitētie r sunt incipientiū. Secundi sunt fruct? pstantie r sunt pgre diētiū. Tertij sunt fruct? clementie r sunt pfectoz. De primis dicit Matth. iij. Facite dignos fructus penitentie. Ad hoc q ille fruct? sit utilis peccatori oportet q de pteritis malis doleat r de futuris caueat. di. l. i. Quia tua. r d pe. di. v. circa fi. r q cōfiteaf. Hebreo. xij. Offeram? fructū labio rum cōfitentū nomini ei?. De secūdis de p ficientibus quoz est de virtute in virtu tē pgre di de pe. di. v. in fi. qz fruct? lucis est in omni bonitate Eph. v. id est ad oēm

bonitatē in iusticia r virtute. De tertijs. s. pfectis quoz est btitudinib? insistere pau pertatē volūtariā diligere māsuētudinez tenere iusticiā r misericordiā habere mun diciā r pacē amplecti. De pe. dist. ij. Si qs semel. r Gall. v. Fructus aut spūs est cha ritas. gaudiuz. pax. pacientia. longanimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas.

B Quantum ad secunduz sicut fructus primo sequestrantur propter dila pidationē illius qui eos pseruare deberet extra de sequestr. posses. r fruc. c. vlti. Sic deus facit q multi nō hnt sanitatē r fertilitatem ad voluntatē. quia illa male expenderunt qn habuerunt. psal. Fructū eorum de terra perdes. Secundo ppter litis agitationem. quia lite pendēte ppter du bias causas fruct? sequestrant. extra de se questra. posses. Dilect?. r. c. sequē. Sic de? aufert a multis libertatē pdictoz bonoz ppter malā fidē r discordiaz q sunt inter deū r peccatores ppter qd sicut dr Sap. iij. Cōfringent rami incōsumati r fruct? eoz inutiles. **C** Quātū ad tertius q nō canonice hz eccliam fruct? qs medio tpe recipit restituere debz. ex d iur. patro. Ex lris. sic r fruct? rōe pignoris pcepti pecunia soluta sunt restituēdi. ex de pigno. Illo. r. c. Cū ptra. r h dicit d omi alio pos sessoze male fidei. qz p talē restitutionem oēm q fert fructū purgabit eū vt fructum plus afferat Job. xv. **F** xij.

Artū est ab om

F nibus fugiendū. Prio ppter sceleris imanitātē. Secdo ppter satisfactiois raritates. Tertio ppter pene eternitates. **A** Quantū ad primū furti magnitudo pōt videri in h. qz oīs fur ē peior dyabolo. qz dyabol? nullū capit nisi volūtarie sibi datū. qz a pncipio mūdi nūq furat? fuit vnā aiāz sine volūtate peccātis s furtū est sub tractio rei aliene mobilis iuito dño. ff. de fur. l. j. qd nō solū verū ē de illo q rē dño iuito accepit furtiue: s etiā q sic vsum vel possessionē rei capit di. l. Qui saccū. r. ff. d fur. Inuēta seu pmodata. r dr furtū vt accipit labeo a furno vl nigro vl obscuro eo q obscure fiat. ff. d fur. l. j. isti? aut crimis

27.

beata. s. r. p. m. b. o. r. a.

Gaudium

magnitudo multos inuoluit: quia non solum est furti reus qui furat: sed etiam scilicet ab eo ementes vel capientes. Instit. de obliga. que ex delic. nasci. §. Oblatum. et extra de fur. Qui cum fure quia tales sunt sicut dicitur Esa. i. Socij furu. et in psal. Si videbas fures currebas cum eo. In hoc etiam periculo sunt volentes furari sed propter timorem mundanum dimittunt de pe. dist. i. Si propterea. sic etiam voluntas pro facto reputatur. C. de epi. et cle. l. Si quis non dicat rapere. et supra. d. i. c. Sic qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. ias mechatas est in corde suo Matth. v. Ite in hoc periculo est cui dicitur. xiiij. q. v. Si quid inuenisti et non restitueris rapueris. Item qui parum tollit furti nomen incurrit. xiiij. q. vj. c. vlt. Item qui accepit equum vel aliam rem ad certum locum vel tempus sibi commodatum et vitur eavtra et creditor qui pignore sibi obligato vitur. ff. de fur. Si pignore. Et prelati qui non intrat per hostium. xiiij. q. iij. Tres personas. et Job. x. Qui non intrat per ostium fur est et latro. **B** Secundum est terribile quia furtum rapina et iniusta usurpatio rei aliene que furtum vocat. xiiij. q. v. penale. quotidie videtur sed satisfactio raro audit modo quo fieri deberet. quia oportet quod res ablata integra restituatur vel verus valor eius quia non dimittitur peccatum nisi restituatur oblatum. extra de reg. iur. li. vj. Et cum omni dono quod spoliatus interim sustinuit et cum fructibus perceptis supra. a. v. b. cum penitentia. quam oportet ut patiat pro delicto. quia peccavit mortaliter videlicet veniendo contra illud mandatum dei. Exo. xx. Non furtum facies. Cum igitur oportet facere unum de tribus videtur. Non furari vel furtum reddere et penitentiam agere vel danari. primum tanquam melius et leuius est eligendum. **L** Tertium in super est intolerabile quam omnis fur iudicabit. Zacha. v. Timore illius iudicij omne furtum est dimittendum. quia ponatur quod unum habeat voluntatem furandi et videat rem quam cupit furari et circumspiciat ex omni parte a dextris et a sinistris et neminem circa se videat pro quo furtum dimittere deberet. si elevando oculos supra se videat quod dominus super et etiam rei quam cupit furari cum tota familia sua per fenestram camerae sue intueatur

more illius visionis cessat et non furatur. Applicatio patet. quia deus de celo respexit super filios hominum in psal. Cum angelis et sanctis nec valis quod fur dicat quod oportet eum vivere sic imo peius vivet. Et ideo ponat se in deum et deus sibi providebit: quia non vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem in psal. Sin aliter dies domini ut fur veniet. y. Petri. iij.

Audiū est tri

plex. Primo temporale quod est peruersorum christianorum. Secundo spirituale electorum viatorum. Tertio eternale perfectorum comp

benformi. **A** Primum est multiplex Nam quidam gaudent in superbie vanitate. quidam in ira et vindicte malignitate. quidam in auaricie cupiditate. quidam in gula et luxuriosa supfluitate. Primum istorum gaudiorum est multum contra statum cuiuscumque boni hominis. quia sicut nabuchodonosor propter superbiam fuit mutatus in bestiam et fenum ut bos comedit Danielis. iij. et xvij. q. iij. miroz. Ita isti mutant in symiam quod est breue animal. quia Job. xx. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terras quod laus impiorum brevis sit et gaudium ypocrite ad instar puncti. Secundi male gaudent quia vindicta quam lex precipit est bona sed libido et voluntas ultionis est mala. xiiij. q. iij. Sex differentie et etiam periculosa quia Ecclesiastici. xix. Qui gaudet in iniquitate denotabitur. i. de nota libivite delebit in psal. Quid gliaris in malicia qui potens es in iniquitate. Tertium est malum gaudium quia execat rationem dei. xlvij. Sicut hi. quia illud quod appetit siue sit mala acquisitio seu delectatio est inter visum spiritualem ex una parte et inter rationem iusticiam ex alia et sic peccator execatatur et superne claritatis lucem ignorat dei. xlix. Hinc etiam. d. illud Tho. v. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Quartum gaudium est malum: quia putrescere facit corpus humanum de conse. di. v. Nihil. r. c. sequenti. quod est contra voluntatem dei de quo Esa. xxij. Vocavit dominus in die illa ad fletum scilicet penitentiae et ad planctum et ecce gau

diuinum et leticia occidere vitulos et iugulare arietes comedere carnes et bibere vinum comedamus et bibamus? cras enim moriemur et sequitur. Non dimittetur iniquitas hec vobis donec moriamini. **B** Secundo gaudium spirituale electorum est multiplex. Nam primo electus gaudet de spe eterne patrie. Secundo de profectu superne glorie. Tertio de perfectione proprie mundicie. De primo **Rom.** xij. Spe gaudentes. quia sicut qui non habet nisi unam parvam domunculam et parvam glebam: sed est in spe firma habendi terram maximi valoris quando in primo die curie ostendet chartam suam pro se optime loquentem habet magnum gaudium de illa terra spei. quod tristitia de miseria quam sustinet. Et illa spe caret que non habet chartam. Sic qui in hoc mundo non habet nisi miseras: sed sperat de futuro. quod ostendat chartam spei in die mortis quia quicquid habet homo in hoc mundo paruum est respectu eterne hereditatis. **Rom.** v. Gloriamur in spe filiorum dei que alius caret volens habere vtrumque qui in hoc audiri non debet. ff. de interoga. actio. l. Confessionibus. §. j. et ff. de regu. iur. in possessione. De secundo **Job.** c. vnico. Maiorem horum non habeo gratiam quam ut audiam filios meos in veritate ambulare: quia tunc perfecta charitas est in homine quam nihil querit in primo quam christum. de pe. dist. ij. §. Hec que in fide. De qua charitate dicitur. **1. Cor.** xij. quod non gaudet super iniquitate congaudet autem veritati. Tertium patet quia in tempore gratie non generis successio sed vite perfectio. querit ergo continencie castitas imperat. **xxij.** q. iij. recurrat. §. His ita. et hec delectabit et dabit leticiam et gaudium. **Eccli.** j. **L**

De tertio gaudio. **Luc.** xv. Gaudium erit in celo sed quilibet cum timore et reuerentia versus illud accedat continue quia dicitur **Eccl.** non quod homini elato timor in terra incutitur. quia angelus angelorum aliorum platus in celo prosternitur. de pe. di. ij. §. Quid igitur et homo de paradiso angelus de celo peccando cecidit dist. xl. Quilibet. et quia nobilitatem dei a se deiecit nobilitate loci preuatus est dist. xl. Adam. Sic ergo geratis vos quod tristitia vestra vertatur in gaudium et gaudium vestrum nemo tollat a vobis. **Job.** xvj.

S ij.

Gloria triplex.

S Primo quedam est eterne felicitatis. Secundo quedam mundane vanitatis. Tertio quedam maliciose prauitatis. **A** Ad primam quilibet pertingere potest tribus vijs et modis. scilicet bonitatem propriam habendo. peccata et peccatores expugnando. et conditiones testamenti dei obseruando. Quantum ad primam cum hoc quod deus est pater noster et nos redemit requiritur quod nos sumus boni ad hoc quod ad eternam gloriam veniamus quia sicut apud mundum nobilitas proles non probatur sufficienter per nobilitatem patris dicitur **lex. C. de pba. l.** Neque naturalis. quod si probem me esse ingenuum. et per hoc volo probare filiam meam liberam non valet probatio. quia potest esse nata de ancilla. Ita quis creatione sit ex bono patre deo vel ex nobili patre rege videlicet terreno tamen potest esse quod ipse non sit bonus nec spiritualiter nobilis propter prauitatem vel ignobilitatem alterius parentis. quia videlicet est voluntarie de illis quibus dicitur **Job.** viij. Vos ex patre dyabolo estis. et **Osee.** ix. Gloria eorum a partu. sed hoc non sufficit. quia **Rom.** iij. Gloriatio tua exclusa est per quam legem factorum. ut **Esa.** xxvj. In terra sanctorum iniqua gessit non videbit gloriam domini: quia sicut dicitur **Gal.** vj. In semetipso tamen gloriam habebit et non in altero. Quo ad secundum sicut seruus qui strenuo ictu mortem domini sui vindicauerit meretur libertatem pro premio. **C. ex qui. cau. ser. pro pre. acci. liber. l.** Quoniam. **l. Ita.** Sic creatura rationalis liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. **Rom.** viij. Si iniurias dei scilicet peccata ex corde vindicaueri. sed heu multi non faciunt. quia dilexerunt gloriam hominum magis quam dei **Job.** xij. Quantum ad tertium sicut seruus potest in testamento heres institui cum liber erit. ff. de condi. iustu. l. Seruus. in quo puncto carens libertate caret hereditate. quia non erit heres filii ancille cum filio libere **Gal.** iij. Sic de deo et seruitute et libertate spirituali. sed oportet festinare quia si ante mortem non habeat conditiones libertatis perdit totum eum. **ti. l. si intestato. §.** Si duo serui. ita in proposito. De enim

Gratia

in suo testamento dicēs. Disposui testamē
tum electis meis. Duo legauit. Primū est
obseruantia mandatorū. Eccl. xxiiij. Nec
omnia testamētū altissimi. Scdm est ce
lestis hereditas. Sed vnū non pōt haberi
sine alio. quia esset contra leges de acqui
ren. heredita. l. j. Sic in proposito. Unde
Matt. xx. Duob⁹ petentibus sedē in glia
potestis bibere calicem rē. q̄si dicat vultis
gloriā habere sustinete cū xp̄o Luc. xxiiij.
Sic oportuit pati xp̄s ⁊ ita intrare in glo
riam suam. et Job. xxij. Qui humiliat⁹ fue
rit erit in gloria. **B** Secūda vanā
⁊ mundanā gloriā quilibet fugere debe
ret. quia si opus qd̄ facit sit bonū deo tri
buatur dicendo illud ps̄. Non nobis dñe
nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. qz to
tum est dei per legem q̄ vult qz quicquid
seruus vtilis acquirat. dño suo acq̄rit. C.
per quas perso. no. acqui. l. j. ⁊ ff. de oper.
pub. l. Pecuniam. §. Si quis. In illa nāqz
lege senat⁹ censuit qz de alieno opere nul
lus sibi famā seu nomē ascribat cui cōcor
dat illud Gal. vj. Opus suum p̄bet vnus
quisqz. ⁊ sic i semetip̄o tm̄ gloriā habebit
⁊ non in altero. ⁊ j. Cor. x. Quicquid faci
tis i gloriā dei facite. Et. j. Cor. iij. Quid
inquit habes qd̄ non accepisti ⁊ si accepi
sti quid gloriaris quasi non acceperis p
pter istas rationes dicit canon qz melior
est in malis factis humilis confessio q̄ in
bonis superba gloriatio. xj. q. iij. Iniustus
L De gloria maliciosa ⁊ damnosa
habet supra. f. ij. b. c. ⁊ di. lxxiiij. Nihil. vbi
dicit qz nihil est deformi⁹ illo pastore qui
laudib⁹ lupoz gloriat⁹. ⁊ vj. q. j. Sunt plu
rimi. ⁊ in psal. laudat⁹ peccator in deside
rijs aīe sue rē. Et talis gloriatio est mali
tiosa qz reddit peccatores audatiorē ad
peccandū di. xlvj. Sūt nōnulli. ⁊ di. l. Si
quis dyacon⁹. ⁊ quia maluz approbat⁹ qd̄
deberz reprobari di. lxxvj. Clericus. Quid
gloriaris in malicia supra. a. xj. per totuz
Periculū vero illius qui aliquid acquirat
per talē vanā gloriā quā facit alium ha
bere de quo dicit di. xxxvij. Nonne qz in
diator aliarū hereditatū adulatur regib⁹
ps̄ supra. a. xj. c. Tales non sunt boni xp̄ia
ni sed sicut dicit. ij. Cor. j. Gloria nostra
hec est testimoniū consciētie nostre.

S iij. **Gratia est Prio**

S a deo recipienda. Secundo
in bonis operibus expendē
da. Tertio pro eisdez in celo
est merces expectāda. **A** Quātu
ad primū gratia dei est oibus appetenda
⁊ libenter recipienda: quia est donum ma
gne largitatis in deo tribuente. est factuz
maxime vtilitatis in homine recipiēte. est
signū eterne penalitatis in homine recus
sante. Primū patet qz deus oibus q̄stuz
in eo est largitur gratiā dicens ad aposto
lū suū. ij. Cor. vj. Gratiā dei recipiatis et
hoc indifferenter qz sic sol equali luce sup
omnes irradiat sic gratia dei sine accepti
one personaz equaliter omnib⁹ infundit
de conse. dist. iij. Nec quēqz. Job. j. Erat
lux vera que illuminat omnē hominē ve
mentem in hunc mundū quia sicut impa
tor iubet in suis legib⁹ vt patet. C. de ero
gatione militari annone. Ubi imperator
ordinat qz milites sui necessaria habeant
duz sunt in executione vel expeditione. pa
nem. scz et vinum et acetum ⁊ lardum. sic
deus nobis ⁊ ptz. quia gratiam ⁊ gloriā
dabit domin⁹. Escam em̄ dat timentib⁹ se
in psal. Sed peccator hanc lucē gratie nō
recipit. quia eā fugit querendo tenebras
peccatoz. Unde Ansel. Homo non habet
gratiam non quia deus non dat. sed quia
hanc non accipit homo. Secunduz etiam
patet qz sit maxime vtilitatis in recipiē
te ⁊ custodiēte: quia est corona anime q̄
saluat a iudicio mortis. Eccl. xxxij. Orna
mentū gratie accipias coronam sicut lay
cus factus clericus de quo querit vult. d
monte laudino in glo. extra de censibus.
c. j. in clemen. An committens homicidiū
existens laycus ⁊ anteq̄ cōuincatur cleri
cus effectus debeat p̄ secularē vel potius
ecclesiasticū iudicē cōdēnari. Et an fideius
sores sui qui sub pena mille libraz. p̄mise
rant ip̄m corā iudice seculari p̄ntare in pe
nā incidāt cū mō ip̄m vt laycū nequeant
p̄ntare ⁊ arguit qz sic qz res trāsit cū one
re suo ad quēcūqz possessore suū. ex de de
cimis. Pastoralis. Ita p̄sona ipsa ad oēm
statū. contrariū tm̄ tenet qz p̄ alterationē
status p̄sone mutauit forz ⁊ iudiciū ita qz

nec principaliter nec incidentaliter potest amodo p iudicē seculares corporaliter restringi. ex de cle. cōm. c. j. li. vj. In nullo em casu licet layco de spūalibus iudicare. extra de iudicijs. Decreuimus di. xvj. Bene quidē. Ad ppositū sicut ille per tale signū inuentū in capite suo euadit iudiciū mortis quod sine illo non euasisset. Ita peccator qui est quasi laycus dū nescit lectionē penitētie capto in anima signo gratie euadit iudiciū mortis eterne ad qd̄ ducebatur dum erat in peccato. vñ Prouerb. iij. Custodi legem meā atq; consiliū meū et erit vita anime tue et gratia faucib; tuis. Vide simile de gratia baptismi supra. b. j. a. Et de gratia libertatis supra. g. ij. a. in medio. Tertium scz q; gratie recusatio sit signū et causa eterne dānationis patet. qz recusat illud sine quo mandata dei impleri nō possunt de cōse. di. iij. c. vlti. Nec valet qd̄ dicunt q; nō habēt potestātē melius faciendi. qz possent habere si vellent. Et dicit lex q; qui pōt facere vt possit cōditioni parere iaz posse videtur. ff. de reg. iur. et tangit glo. casum de illo quem quis heredē instituit et legauit aliquid suo qd̄ non potuit recipere nisi factus esset liber qd̄ comisit fidei heredis sui rogando ipm q; seruū manumitteret et sic ei daret legatus. Postea ille heres se excusat q; tale qd̄ seruo dare non debet. qz non est capax nisi esset liber. sed hec executio nō valz quia per eum stat q; nō habet libertatē. et ideo ei imputatur. vt. ff. de leg. l. Si quis seruus. Et. ff. de condi. inde. l. Si cui legatum. §. Cum neq;. Sic de illis qui dicunt q; non possunt corp; xpi recipere in paschate ppter peccata in quibus sunt vel missas dicere propter officia secularia in quib; occupantur vel q; non possunt fugere peccatum ppter societatem euz qua sunt vel qz in vno sunt peccato qd̄ ad aliud trahit: s; totum eis imputatur. qz ipsi possunt gratiam oibus oblatam recipere q; non soluz facit malū vitare: sed etiā bonū facere de cōse. di. iij. Placuit. r. c. Quisquis. qz gratia dei sicut paradisus abundās in bñdictionibus Eccli. xl. B Quātū ad secundū nisi gratia dei bene expendat nō deo s; nobis pdit per legē. ff. si pars here. peta. als si cer. peta. l. rogastis. in qua distiguit

de massa auri quā tibi trado qz si tibi eas tradidero vt eam vendas et sine culpa tua perdat mihi parit. Si vero illā tibi tradidero vt tu illa ad libitū vtaris tibi perisse constat. Sic de grā q; tibi isto vltio modo data est quā ille perdit q; facit cōtrarium. ex de prebē. pro illoz. sic igit quilibet ea vtaf vt possit dicere illud. j. Loz. xv. Gratia dei sum id qd̄ sum et gratia eius in me vacua nō fuit. L Quātū ad tertiu merces gratie est in celo speranda. Juxta illud. j. Pe. j. Sperate in eā q; vobis offert gratiam qz cōseruator gratie est possessor glie eo mō quo lex possessore vocat nō solū tenentē qui iaz tenet sed eū etiā ad quē ius possidēdi ptinet. ff. de acq. et amit. pos. l. Etā possidere. §. Ad nūdinas. Et eo mō quo q; agere sibi pōt nō soluz petitorio. s; etiā possessorio ad habēdā terrā aliquā qz pater suz mortu; fuit in possessiōe illi;. ff. quo. bono. l. j. quāquidē vēdicationē in. l. vuestmonastei. vocāt vēdicationē per breue de morte antecessoz sic habētes ius ad celū per cartā gratie et per mortem xpi. illud in morte secure poterūt vendicare dicentes. Hereditate possideam; sanctuariū dei in psal. qz gratia dei vita eterna. Ro. vj. Et sic mulier. id est q; cumq; aia gratiosā inueniet gliaz. Prouer. xj. B iij.

Gratitudo est

ostēdēda trib;. Prio deo creatori. Scdo parēti et pgenitori. Tertio amico et bñfactori. A Prio gratitudo et grarūactio ē deo ab oib; redēdenda ppter tres rōnes. Prio qz castigat nos flagellis. xxi. q. vlt. Nā ad pietatē patris ptinet filiū indisciplinatū castigare. xxij. q. v. c. j. an si. et bñfacit inuitis qz vtilitati poti; pfulit q; volūtati. xxij. q. j. patius. Exēplū de thob. multum flagellato a deo de q; dī Tho. ij. q; grās egit deo oibus diebus vite sue. et de Job. j. dñs dedit dñs abstulit rē. et de moyse Actu. vj. Fuit inq; grat; deo et meruit ducatū ppli. Scdo distat nos bñficijs. xvj. q. j. Reuertimī. saltē spūalib; grati dādo nob; multas grās q; grē non eēt nisi grati darent. j. q. j. Bñ. et ex de magi. c. ij. p gratijs. §. accepti sicut precipit col. iij. Grati estote. Tertio quia leti

O do es lo us la na is st is o et p r t it — — — — — no. 3 3 3

3 — — — — — 3

.24

3
 ficat nos promissis. quia sicut pater indigens a filio suo alitus qui patre tenet alere supra. f. vij. c. filio suo grato pmittit bona et aliter non tenet ei dare etiam petenti: quia secundum legem oportet quod illa persona que petit alimenta fuerat grata. C. de alien. lib. l. vlti. Sic oportet quod ille qui in morte vult petere a deo vitam glorie prius sit ei gratus ipse in suis membris alendo quia talibus tanquam filiis gratis dicit Mattheus. xxv. Venite benedicti patris mei et non alijs. ff. de libe. agno. l. Si quis. §. Si vel parens. Et l. Solent. Sapien. xvj. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescit et disperiet. unde sicut sol glaciem destruit. ita deus ingratos qui reddunt ei mala pro bonis quod est magna ingratitude. xxij. q. iij. Sex differentie qua reddit deo quilibet quando peccat: quia vitium ingratitude incurrit qui plenus virtutibus in peccatum cadens a deo recedit de pe. di. v. §. ij. Dolendum gratiam transferens in luxuriam. sed gratus homo reddit gratissimum thymamatis sacrificium domino di. liij. **B** Secundum patet quia filius ingratus suis progenitoribus est iniquissimus supra. f. vij. b. et exheredandus ibidem b. quia talis non est nisi filius putativus. de talibus dicitur ij. Thymo. iij. Erunt homines seipsum amantes parentibus non obediens ingrati etc. **L** Tertium etiam est necessarium quia ingratitude facta amico: et benefactori facit hominem similem vipere ut patet. c. r. a. et donum reuocare di. v. et libertum in seruum redigi et auctoritate canonum et legum vituperari. xij. q. ij. Octaua. r. c. Episcopus. r. c. Liberti ecclesie. r. xxij. q. v. Deformata. et in aut. ut liberti. de cetero colla. vj. §. Illud. Sic de ingratos peccatores quos sua morte et sacris liberos fecit a seruitute iehene sua iusticia in eandem inducit seruitutem di. Mattheus. xxv. Esuriui et non dedistis mihi etc. Ite maledicti in ignem eternum etc. quia his qui me oderunt retribuam in partem. Sitis ergo grati gratias agentes semper Eph. v. Tunc dicet tibi Gratium habeo quod petis Beati. xxx.

37.
G **U**la facit tria

mala. Primo corpus reddit infirmum. Secundo causat peccatum. Tertio

perdit paradysum. **A** Primum ostenditur in canone. Gula inquit morbos facit. molestias ingerit. egritudinem generat. de conse. di. v. Nihil. r. c. ne tales. Et infirmitates quas gula infert fames curat. de consecra. di. v. Legimus. et Eccli. xxxij. In multis escis erit infirmitas qui autem abstinens est adiciet vitam. Et nota primo quod sine voracitatis vicio sapiens preciosissimo vitis cibo et insipientes inuulissimum cibum gula flamma exardescit secundum Crisostomum. di. xli. Quisquis Secundo nota quod gula habet. v. species. scilicet curiosus cibo intendere. lautiora excogitare. in cibo tempore preuenire. ad cibum nimium estuare. de cibo nimis sumere. de conse. di. v. Quinq. ducamus ergo vitam nostram in sobrietate Iero. xij. et non in comessationibus et ebrietate. Nam comessatio est gula interperata di. xli. c. j. et sequens. **B** Quartum ad secundum patet quia gula est mater luxurie di. xliij. §. Lum autem. de conse. di. v. Nihil. r. causa est quia gula grossius sensum generat. dist. lxvij. §. Non licet. §. Si ergo. Si igitur nihil de celestibus sed de ingluvie facit cogitare. de conse. di. v. Ne tales. et ideo tantum excecant gulosi quod non putant se festa sanctorum digne celebrare nisi si gula deseruiant di. xliij. c. j. in fi. r. c. Comessationes. Ex istis patet quod periculosas vitam habent et quo ad corpus et quo ad animam. quia sicut dicitur Proverb. xxij. Student calicibus epotandis vacantes potibus et dantes symbola et specialiter illi qui bibunt ad equales potus qui sunt prohibiti. Extra de vi. et hone. cleri. et crapula. **L** Quod insuper gula faciat perdere celum quantum ad tertium patet quia primum hominem de paradiso expulit di. xxxv. Sexto. et sicut illum non cibis sed abusus eiecit ita adhuc non usus rerum pretereuntem sed libido culpam. di. xli. Quisquis. quia delicia absque desiderio sumpte nihil efficiunt di. xli. Deliciae. Sed hic nota quando comessatio est culpabilis in laicis plus est damnabilis in viris ecclesiasticis di. xliij. Comessationes. c. Non licet. et ignominiosa est in prelatis et predicatores secundum Hieronymum. Deliciae non student vivere qui debent christum pauperem predicare di. xxxv. Ecclesie. quia episcopalis auctoritas plus debet vigere in delicijs merito quam mensa di. xli. Episcopus. Ne sint sicut

illi in quorum vituperatione dicitur. Deut. xxxij. Incrassatus impinguatus etc. Recel sit a deo salutari suo. Rom. vlti. Non dno iesu xpo sed ventri suo seruiunt quorum deus veter est et gloria in pfusione eorum. Phi. iij.

Habitatio est

triplex. Primo quedam est periculosa. Secundo quedam gratiosa. Tertio quedam gloriosa.

Habitatio est triplex. Primo quedam est periculosa. Secundo quedam gratiosa. Tertio quedam gloriosa. **A** Primam habitationem habent qui habitant cum peruersis sicut filij israel non potuerunt euadere iebuseos qui habitarent in medio eorum sic nec boni possunt euadere malos christianos et falsos. xj. q. iij. Nolite. p. totus. Esa. xxvj. Expergisci mini et laudate qui habitatis in puluere: id est circumspecte agatis ne cum peruersis peruertamini. Item periculosam habitationem habent qui habitant cum feminis quia non possunt cum deo toto corde habitare qui feminarum accessibus copulant. di. xxxij. No spiciolum. Esa. xxiiij. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante super. c. x. a Ideo monachi cum monialibus in vno loco habitare non debent. xvij. q. ij. In nullo. et c. iij. sequenti. quia sic habitanti congrue dicitur illud Ezech. ij. Fili hominis cum scorpionibus habitas. Sed dicentibus quod multi habent feminas in domibus suis sine peccato respondet aplos di. quod opus sanctos habere testimonium ab his qui foris sunt quod qui famam negligit crudelis est. xij. q. j. Nolo. s. f. ij. b. Igitur sicut incensum in igne habet bonum odorem. Ita opus quod bonus homo ostendat fama talis societatis de qua non possit haberi suspicio et gestu decenti quod gestus exterior corporis qualitatem indicat mentis. di. xlij. clericus. S. sicut. quod si gestus sit dissolutus et mollis signum est lasciuie. di. xlij. per simoniam. et habitu conuenienti quod habitus clerici nec in vestibus nec in calciamentis decorum despondere. di. xlij. clericus. et religiosorum habitus non desit esse notabilis si pietate et deuotioni conueniens. xx. q. j. vidua. necessitas istius circumspectionis patet. Job. iij. Ecce inquit qui seruiunt ei non sunt stabiles et in angelis suis reperit prauitatem. estomagus huius qui habitant domos luteas que terrenum habent fun-

damentum consumuntur velut atinea si habitent cum periculosa societate sicut multitudo angelorum peccantium habitauit cum primo angelo peccante qui propter superbiam suam fuit deiectus cum tota sua societate quod participans in crimine eadem sententia inmodatur. ex de senten. excom. si concubis ne. a deo dicente in ps. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbias qui loquitur iniqua quod deus non habitabit cum illis qui pro superbie singularitatem se a melioribus diuidunt. xxiiij. q. j. Audiuimus.

Secundam habitationem habent illi qui veraciter dicere possunt illud. Eccli. xxiiij. In habitatione sancta coram ipso ministras. i. in ecclesia que fide christi seruat est vera christi et christianorum habitatio. xxiiij. q. j. qui dignior quod elegit eam in habitationem sibi de hac habitatione gratiosa. s. c. x. c. et Jo. j. Verbum caro factum est et habitauit in nobis. et ps. Tu autem in sancto habitas si caue quod non habitabit in corpore subdite peccatis. Sap. j. quia crimine priuat criminisum conione et societate dei. di. xxxvj. ante oia

Tertiam habitationem habent illi de quibus in ps. Bti qui habitant in domo tua domine. Illa virtus est reuelatio magne glorie dei et saluatoris nostri iesu christi. de pse. dist. v. Ieiunium quod a nemine est ecclesiam posito precipat. de pse. dist. iij. Ecclesia paradiso. s. solummodo a membris christi. de pe. di. v. S. Item si ante quod. quorum privilegium est magnam quod sicut habitatores proponuntur extraneis in pluribus. di. xcij. leguntur in medio Ita qui minor est in regno celorum in hoc illi preponit qui maior est in ecclesia in statu gratie quod eo securior quod in eternum non commouebit qui habitat in hierusalem in ps. Si in eternum exultabunt et habitabunt in eis. Et caue quod in ps. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo etc. Innocens manibus et mundo corde etc. Na vt dicit Esay. xxxij. Qui picit auaritia ex calumnia et excutit manus suas ab omni munere etc. iste in excelsis habitabit.

Hreditas est tri

elegit securiorem viam scz innocentie pro
pter quod merito de ea dicit. Luce. x. Ma
ria optimā partem elegit. D. Quā
tum ad tertiū huius articuli q fractio hu
ius matrimonij spiritualis ducit ad eter
nam dānationem et ad mūdialem cōfusio
nem. ps. s. a. x. per totum. et l. xiiij. d. et ex de
dote post diuort. restituē. Plerūqz. vbi di
citur q donatio siue dos restituitur vbi di
uortiu fit ppter adulteriū et q per hoc ca
dunt in temporalem miserā et paupertas
tem. pty ibidem. c. j. et ij. vbi habetur q do
natio quā vir dat vxori ratione matrimo
nij debet restitui quando ex iusta causa fit
diuortiu sic deus ppter talem causam res
uocat etiam bona temporalia di. Osee. ij.
Sepiam viā tuam spūis vt dicas qd seq
tur. Adam ad virum meū priorem. quia
bene mihi erat tūc magis qz nūc. sic nāqz
multitudo penitentiu venit ad domū ma
rie. Actū. xij. lid est ad celū. E. Quā
tum ad secūdam principale quomodo ma
ria mater dei verbo suo informauit nos le
ctionem fidei et veritatis ostenditur. xxviiij.
q. ij. c. Sufficiat. in hoc q tam cito credi
dit angelo nunciante sibi q concipet deū
et q taz caute quesuit de mō dicens. Quo
modo fiet istud. glo. licet hoc interrogaret
non dubitauit de verbis angeli: sed de mo
do quo posset fieri vt sint due partes. id est
quo modo quia nō dubitauit d facto quia
proposuerat castitatem et vouerat virgini
tatem nisi domin⁹ aliter ordinaret et inde
est q licite contrahere potuit matrimoni
um deo reuelante quia cum voto intelli
gitur excepta auctoritas maioris. extra de
iureiuran. venientes. similiter subintelligi
tur si res in eodem statu permaneret. xxij.
q. ij. Ne quis. et ff. de soluti. l. Cum quis. et
si seruetur fides. extra de iureiura. puenit.
et si numerauerit pecuniam. C. de non nu.
pecu. l. Indubitanter. et alie pditiones ho
neste et possibiles. extra de iureiuran. quē
admodum. et alie generales vt si deus vo
luerit. si uixero. si potero. sed non speciales
nisi expmuntur. xxiiij. q. vlt. Non solum in
glo. Ex istis patet q fuit verum matrimo
niu inter mariam et Ioseph vtroqz tamen
in uirginitate pmanente. xxviiij. q. ij. c. Suf

Martyriū

Matrimonū

ficiat. S. Cum ergo. nec christus comendādo eam Johāni in necessitate. Johan. xix. Sicut diuortium inter eos. xxvij. q. ij. q̄ autem. Matth. i. Joseph fili dauid noli timere accipere marias coniugem tuam. p̄ hoc tamen q̄ deus detractat marias a ioseph & tradidit eam. custodie Johānis. decretū probat. xxvij. q. ij. q̄ autem. q̄ vir eius nō cognouit eam. Nam si maritus iustus ipsam cognouisset deus qui vxorē a viro precepit non recedere nunq̄ eam passus fuisset a viro recedere. S. Quantus ad tertium maria mater dei in facto suo amauit nos ad virtutem stabilitatis in hoc q̄ postq̄ omnes discipuli fugerunt. Marci. xiiij. Stabat iuxta crucez iesu mater ei⁹ maria. Johan. xix. & in hoc q̄ ipsa conseruabat omnia. Luce. ij. Cuius exemplo perseverantia est habenda vsq̄ ad finem tribulationū. vij. q. j. Suggestum. ut euz illa habeatur merces eterna in celo ad quam maria in diebus illis abiit. Luce. j.

AN viij.

Artiriū triplex

m Primo corporalis passionis
Secundo mentalis affectio
nis. Tertio infernalis dāna
tionis. Primū saluat incontinenti. Secun
dum ex consequenti. tertium nunq̄ valet
seipsum occidit. A Primū patet
in latrone moriente cum christo a dextris
de quo dicit canon sumptus ex verbis Au
gustini in libro de unico baptismo. de pse.
di. iij. Baptismi. in eo nō baptisato passio
suppleuit baptismū vt statim saluaretur.
cui dixit deus. hodie mecum eris in paradiso.
quod si sic saluat in fide morientem cū
christo quātomagis moriens pro ipso vi
tam eternam consequetur. xv. q. j. Merito
versus finē. dūmodo qui patitur fit in cha
ritate quia aliter passio non saluat q̄tum
cūq̄ vehemens. de pe. dist. ij. Euidenter. j.
Ehorinth. xij. Si dederō corpus meuz ita
vt ardeam charitatem autem non habue
ro nihil mihi prodest. B Secundus
patet de pe. di. j. Nunquid. In seruis inq̄t
christi etiaz si affectus martiri ad effectū
non ducitur ipsa sola voluntas pro facto
reputatur & quo ad culpam & quo ad penā
sicut patet. C. de epi. & cleri. l. Si quis non

dicam. & Matth. v. Si quis viderit mulie
rem ad concupiscendum &c. Ita iustum vi
detur q̄ in bono reputetur ad gloriam. q̄a
sicut innocentes pro christo occisi habent
martyrii gloriam pro corpis passione sine
volūtate. ita alij pro desiderio sine effectu
Argumentum ad hoc. de conse. di. iij. Bap
tismi. vbi dicitur q̄ sicut pueri saluantur
aqua baptismi ita adulti passione sine aq̄.
L Tertium patet. xxij. q. v. Tu dix
isti. & c. placuit. Non inquit computant
in numero martyrum qui seipso qualicū
q̄ intentiōe interimūt. quia nulli licet in
persecutionibus ppria manu se interimere
nisi vbi castitas periclitaretur. xxij. q. v.
Non est nostrum. propter quod matryriū
pro christo non a nobis sed ab alijs libent
sustinere debemus. xxij. q. viij. Cōuenioz.
ne simus sicut achitofel. ij. Regum. xvij. et
iudas. Matth. xxvij. & de peni. di. iij. c. In
salicibus. & c. Judas.

AN ix.

Matrimonū fide

m le Primo est ab omnibus ve
nerandū. quia est ecclesie san
cte sacramentuz. Secūdo qz
efficit fidei perpetue ligamentum. Tertio
quia producit prolis bone oblectamentū.
xxvij. q. j. Omnes. A Propter pri
mū bonū scz ppter reuerentiam istius sa
cramēti a deo in paradiso instituti dnt oēs
cōiungati isti sacramēto honeste & rōna
biliter: quo ad dilectionē. quo ad tpus. & q̄
ad rōem. Primo quo ad dilectionē qz ma
ritus dz h̄ vxorē in dilectione & in debita
disciplina. xxij. q. v. c. vlti. & apls. Eph. v.
precipit viris diligere vxores & ecōuerso
de hoc scribit Psido. ij. de offic. c. xvj. & h̄.
xxx. q. v. femine. qz in pnus nuptijs a spon
so sponse anulus datur: si hoc nimirū pro
pter dilectionis signū vel vt propter illud
magis eodem pignore corda eoz iungā
tur vnde in quarto digito anulus inserit.
ideo q̄ in eo quedamvena sanguinis est q̄
vsq̄ ad cor perueniat hec ibi. Tamen dia
bolo procurante seruis sibi obediētib⁹ mul
to plus diligūt illas quib⁹ sūt copulati in
q̄ramento: qz illas q̄bus cōiunguntur dei
sacramēto: quia quos deus cōiunxit dia
bolus nititur separare, sed vos nō sic sed si

l iij

cut precipitur Ephe. v. Unusquisque vxorem suam diligat sicut seipsum. vxor autem timeat virum suum. **B** Secundo quo ad tempus quod sancto sacro coniuncti sanctis temporibus debent se trahere a delectatione carnali videlicet tempe coniugis. xxx. q. iij. c. j. Item in die natalis xpi et in alijs diebus festiuis. xxxij. q. iij. quotienscumque. et ieiuniorum. xxxij. q. iij. Si causa. tunc continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius. xxxij. q. iij. Applus. Item tempore conceptus quo usque infans ablactetur. di. v. Ad eius. Item tempore menstruorum ibidem. glo. quod ex hoc nascuntur morbofi et leprosi. Illis igitur tempore est abstinendum. vt qui habent vxores quasi non habentes. sicut. j. Cor. vij. **L** Tertio quo ad rationem videlicet quod omnis corporalis delectatio quam coniugati habent inter se sic regulatur ratione quod fiat causa proles procreande et tunc non est peccatum. di. xv. s. alias. vel causa reddendi debitum et non est peccatum. xxvij. q. ij. Si tu. vel causa fornicationis vitanda et est venialis culpa. xxxij. q. ij. Quicquid. et nullo modo causa libidinis tanquam cum adultera vel meretrice. quod tunc est peccatum mortale. xxxij. q. iij. Origo. r. c. Liberoz. et quoniam contra naturam est peccatum grauissimum. xxxij. q. vij. Adulteri. de talibus dixit angelus Thob. vj. Hi qui coniugium ita suscipiunt vt deum a se et a sua mente excludant et sue libidini ita vacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus huius potestatem super eos demonium. **D** Propter secundum scilicet fide istius sacramenti coniugati debent tale inter se habere fidelitatem quod nullus alterum dimittat nec cum aliena cum qua non est maritatus peccatum committat. Ratio prima est bona quod matrimonium est viri et mulieris coniunctio indiuicibilis vite consuetudinem retinens. xxvij. q. ij. c. j. Et extra de presumptio. c. illud. In tantum quod vxor non est dimittenda nec propter sterilitatem nec propter cecitatem nec propter lepram vel aliquid simile. xxxij. q. v. Si vxorem. j. Cor. v. Alligatus es vxori. noli querere solutionem sicut multi faciunt multas causas allegando. sequitur in eodem ca. mulier alligata est legi quanto tempore viuit vir eius. de hoc vide questionem. j. m. x. c. **E** Ratio etiam secunde partis negatiue quod dicitur quod nulla pars coniugatorum debet adulterari nec matrimonium frangere quod quoti-

ens aliquis illoz peccat carnaliter toties frangit fides illius sacramenti: quia per adulterium coniugij federa temerant. xxxij. q. iij. Nemo. pro quo crimine viri sunt grauius puniendi quam femine. xxxij. q. vj. Indignant. et ratio est ibidem secundum Augustinum. quod magis pertinet ad viros virtute vigere et exemplo regere feminas. glo. etiam notat grauiorem esse reatum ex persona delinquentis. Argumentum. x. q. ij. precipue. Ille igitur vir est multum vituperandus qui operatur castimonias in vxore sua quam non vult habere in seipso et lex ciuili vituperat talem. ff. ad legem iuliam de adulte. l. si vxor. s. iudex. Isti viro potest melius dici illud decretum: quod vbi melius viuit vxor quam vir qui caput est capite deorsum pendet domus. xxxij. q. vj. c. vlti. Qui igitur vult habere fidelem et castam sit ipse talis quia eadem castimonia debet a viro que a muliere. xxxij. q. iij. Nemo. sic igitur inuicem se honore preueniant. Ro. xij. in fide non ficta. j. Thim. j. quia hoc est necessarium his qui matrimonia colunt. vide. s. c. vj. c. **F** Propter tertium bonum matrimonij. id est propter proles habendam ad dei honorem et obsequium fuit illud sacramentum a deo institutum in paradiso. xxxij. q. ij. Sicut. et postea semper in omnibus matrimoniis contrahentibus prima intentio debet esse proles procreande. xxxij. q. ij. pudor. Nam hec est doctrina dei per angelum. Thob. vj. Transacta inquit tertia nocte quibus vacabitis oronibus accipies virginem quam scilicet de sponsasti cum timore dei et filioz magis amore quam libidinis ductus vt in noie abrahe benedictionem in filiis consequaris. **2. P**

Medicinarum primo

m mo quedam est corporalis infirmitatis quandoque fugatiua. Secundo quedam spiritua lis sanitatis perfecte collatiua Tertio quedam corporis et anime perpetue sustentatiua et glorificatiua. **A** Prima est bona quod per eam corpus alleuiatur. secunda est melior quod per ipsam spiritus sanatur. tertia est optima per eam vita in vtroque perpetuatur. de prima di. xxix. Neceffe. et Eccli. xxxvij. Altissimus de terra creauit medicinam. et ex de pe. et re. Cum infirmitas vbi precipit medicum quod propter

infirmiorem fugandam corporis non con-
 sulant aliquid quod cedat in periculum anime.
 quia anima est preciosior corpore. Matth. vi. Non sa-
 ne anima plus est quam corpus et xiii. q. v. Non sa-
 ne ubi habet quod medico corporali non est
 salarii negandum. et Eccli. xxxviii. Honora
 medicum. et dist. lxxxiii. c. i. Super quo dicit
 glo. quod medicus tenetur gratis curare pau-
 perem infirmum. quia plus debet apud eum va-
 lere vita illius quam propria pecunia ut dicit
 di. lxxxvi. Non satis. et quod etiam divites qui
 nihil vult dare medico: tenentur curare suis
 expensis et si convaluerit repetat expensas
 quia utiliter gessit negocium eius. ff. de ne-
 go. gest. l. Pomponius. et si moriatur eger
 potest petere expensas. quia sufficit quod utiliter
 gessit licet eum non sit secutus. ut ff. de neg.
 gest. l. Sed an ultimo. Sed quid si infirmus
 prohibet ne aliqua medicina detur ei. huic
 questionem est responsus. s. a. c. xxiii. Tu tamen noli me-
 dicinam recusare nec corporalem nec spirituales
 sed sic scribit Eccli. xxxviii. Da locum medi-
 co: etenim dominus illum creavit et non dederat a-
 te quia opera eius sunt tibi necessaria. sed quicquid
 sit de aliis medicis qui vivunt de arte illa.
 hoc certum quod nec clerici nec religiosi debent
 munera accipere pro medicina spirituali
 di. xxiii. His. et quod chirurgie arte quam adustio-
 nem vel incisionem corporis inducit nul-
 lus in sacris ordinibus constituitur exerceat
 extra ne cleri. vel mona. c. c. Sententiam.
 In aliis sivelet medicinam dare caute agat
 quia si mors sequatur. Pro medico imponitur
 quod omisit de contingentiis quod ars dicat me-
 dicine. et ideo quantumcumque peritus presciam
 hinc de morte alicuius ad ordines non ascen-
 dat. extra de eta. et qual. ordinam. Ad aures.
 moneat ergo primo infirmum ut pro medico
 mittat animam. et sic per medicinam corporis
 quantumcumque ab infirmitate curatur. extra de pe. et
 re. Cum infirmitas. sic ergo medice cura te-
 ipsum Luce. iiii. Nota quod fere ista omnia
 conveniunt medico spirituali. quia ipse etiam de-
 bet gratis curare tales pauperes quam divites
 et cum bona presciant et diligentia. quia si mors eve-
 niat ex defectu suo ipse coram deo respondebit
 quia dicit Ezech. iii. Sanguinem eius de ma-
 nu tua requiram. et iij. Reg. xx. Custodi vi-
 istum qui si lapsus fuerit de manibus tuis erit
 anima tua pro anima illius. de ista materia
 plus supra Infirmitas per totum. B

Secunde medicine christus est summus me-
 dicus qui paratus est centies curare si homo
 totiens per peccatum infirmatus est requirat
 de pe. di. iij. s. Item quod sub eo prelati sunt anima
 rum medici. quia debent subditis medicinam
 correctionis rationabiliter suo tempe mis-
 ministrare di. lxxxvi. Inferiorum. et c. sequen. et
 v. q. v. Non vos. di. xlv. Recedite. et sic me-
 dicus corporis diversis collirijs vulneris
 bus hominum medetur. Ita christus et prelati di. xxix.
 Necessesse. quia medicina per quam subditi eo-
 rum curantur est penitentia di. l. ut constitue-
 ref. psal. Medici suscitabunt et confitebuntur
 tibi. i. confitentes et omnia sacramenta ecclesie.
 de pe. di. i. In actione. de conse. di. ij. Si qui-
 tienscumque et opera misericordie. de pe. di. i.
 medicina. et medicus caueat qui plus occi-
 dit quam curat quod nec de peccatis suis penitentiam
 agit nec alios de peccatis reprehendit di. l.
 Absit. Tali dicit Hieronimus. viij. Medicus non est
 ibi. tu non sic. sed sicut precipit Luce. iiii. Me-
 dice cura te ipsum. vide de ista materia su-
 pra. c. v. c. Tertia medicina est vir-
 tus divina que non solum sanat omnes infirmi-
 tates Luce. vi. Spiritus de illo exibat et sanas-
 bat omnes. sed etiam quando mortui audierunt vocem fi-
 lii dei vivunt. Jo. v. Hinc vita gratie et vita glorie
 in futuro. Ad primam vitam de morte peccati susci-
 tatus per penitentiam recuperat omnia que prius perdi-
 derat peccando. sicut in parte ostensum est su-
 pra. b. ix. b. quod ut clarius videatur supposi-
 to casu qui ibi habetur. queratur utrum etiam vxor
 et omnia que donavit ecclesie cum mortis sint
 ei restituenda. et respondeatur quod non. quia vxor mor-
 tuo viro statim soluta est a lege viri. j. cho-
 rinth. vij. Et potest cui vult nubere incons-
 tinenti. extra de secun. nup. Sup illa. xxxj. q.
 j. Quid si dormierit. preterea illud matrimo-
 nium fuit semel dissolutum. ergo mulier non
 potest cogi illud amplius reconciliare. ut. C. de
 nup. Necque ab initio. societas enim soluitur
 morte nec ultra mortem potest extendi. ff. pro
 soc. l. Cum duobus. Item mors omnia delet ut
 in aut. de nup. s. Deinceps. coll. iij. Item quod
 res donatas ecclesie repetere non potest. quia quod
 semel deo est consecratum amplius ad seculares
 usus venire non potest. xij. q. ij. Nulli liceat. et
 de se. di. j. Ligna. preterea dominus rex illarum
 statim post mortem ipsius ecclesie fuit acqui-
 situm. C. de sacrosanc. eccle. l. Inter divinus
 ergo eo sine culpa sua privari non debet. xvi. q.

Memoriam

vij. Inuentum. Itē donationes q̄ fiunt cā mortis in quoscūq; vsus collate morte cō firmant. ff. de dona. cau. mor. l. si mortis cā. Cōtra sicut mors fuit cā solutiōis matrimonij. ita videtur q̄ cessante cā cessare debet effectus di. lxj. §. Vis oibus. Itē nō debet reb? puari quē p̄tor restituit in integritate. ff. d̄ resti. in ite. l. Nemo. maiori rōne et p̄t. p̄terea summ? deus p̄nceps restituit eū ad maiora et ad principale. ergo ad minima. ij. q. iij. Notādū in fi. et ad accessoria extra de offi. deleg. p̄terea. Itē si aliq̄s capiatur ab hostib? statim desinit esse dominus rerū cū sit seruus captiuitatis. ff. de reg. iur. qd̄ et attinet. Argumentū q̄ serui dyaboli et peccati nulli? rei dñiūm habēt cū seruit? morti naturali comparet. ff. de reg. iur. seruitutē. Tñ si sit captus et reuerſus recuperat oia. ff. de capti. et postlimi. reuer. id est post lūminū. p̄terea nō debz huic imputari q̄ fuit sollicit? de facto qd̄ voluit loqui cū angelis et maiestatis diuine locus videre in quo erat postea p̄petue p̄mansurus. imo melioris cōditionis esse debuit. ff. de reg. iur. Nemo pro se loquendo. Item iusta causa absentie fuit. s. voluntas et fugatio p̄ncipis. ergo restitui debet sed extra de sen. et re iudi. Cum berthold? pōt dici: q̄ oia sunt ei restituēda iure q̄si postlimini. vñ de bona equitate si regnū prius habuit vel prelaturā totū est ei restituendum per legem ciuilē. C. de sen. pas. et restitui. l. j. vbi restituit eum imperator dicens ei: vt scias quib? sit integrū restituere hic. s. in honoribus in ordine et in oibus ceteris restituēdo. maiori ratione deus q̄ dat cuilibet affluenter. Jaco. j. Restituendo hoīem ad statum gratie restituit eū ad oia que prius habuit et restituendo eus ad statum glorie restituit ei oia que prius habuit et addit multo plura. d. illd. iij. Reg. viij. Restitue ei omnia. Sed q̄ sua morte non restituit nos ad locum paradisi que peccando in p̄mo parente amissimus. et ad statum immortalitatis nō est mirus. quia sicut imperator restituendo aliquē ad vitam de gratia speciali debet ei sufficere vita sua ad quam restituitur. C. de sen. pas. et restitui. l. ij. Sic in proposito sufficiat nobis q̄ deus restituit nos ad vitam gratie et ad possessionē vite eterne. D De

restitutione vero vxoris dic q̄ si onerosus fuit matrimoniū per mortem viri soluitur si dilecta et grata incontinenti re conciliatur. sicut dicitur Debreo. xj. Receperūt mulieres de resurrectione mortuos suos resuscitados per Helyam et Helyseum. vide de hac materia. xxxij. q. vij. Licite. in gl. et ad argumenta in contrarium rñde distinguēdo de morte cōmuni et priuilegiata. 3. 3

Alj xj.

Memoriam debe

mus habere triū. Primo diuino iudicio ad timendū Secundo omnium beneficio rum ad gratias agendū. Tertio p̄priorum delictorum ad detestandū. A Prima memoria est habēda ne peccata quib? deus alios vindicat cōmittamus et est bñ ad hoc illud. Aug. lib. questionū numeri. et habet de conse. di. ij. Et dixit dñs. et recitatur quō post mortem Chore Dathā et Abyron et sociorum eorūdes in malo. sicut p̄t Numeri. xvj. De? precepit Eleazaro filio Aaron q̄ dispergeret ignē et quereret thuribula eorum in medio incendi. que licet essent ad perditionē eorum qui iniuste voluerūt occupare sacerdotiū et offerre ignē alienum. tamē in perditione eorum fuerunt sanctificata ad prebendū alius exemplum sanctitatis et facere fecit ex eis laminas affigēs eas altari. vt inquit cernant ea p̄ signo et momento filij israel. et fecerunt sic vt cōmonerent. vt nemo accederet alienigena ne paciatur. sicut passus est Chore et omnis cōgregatio eius. Et ad idem est illud. vij. q. j. Deniq; vbi ad predictū exemplū vindicte addit alia exempla quale pisculum sit q̄ aliquis diuidat se a deo et ab vnitāte et societate sanctorū sicut facit omnis mortaliter peccans. Exemplo decē tribuum recedentiū a rege suo naturali Roboam filio Salomonis. iij. Reg. xij. Qui postea inter samaritanos et gentiles computabant. et exemplo Abdo p̄phete quem leo occidit. iij. Reg. xij. Nec autem facta sunt vt vltionis diuine memoriā corrigēdi posteris p̄berent gl. Res que generat malū iubetur publico exponi. vt alijs terrore incutiat. vt hic. et xix. q. iij. Mandam? vbi precipitur cuidā habenti se male in re

Mendacium

ligione q̄ memorialem cucullā deferat ta
libijs igitur exemplis informat. sicut p̄ci
p̄itur. Eccles. xij. Memēto creatoris tui ⁊
Eccli. vij. Memēto ire ⁊ p̄s. Memorabor
iusticie tue solius. **B** Secūda me
moria beneficiorū est semp̄ habenda vt ius
giter gratias referamus q̄d pulchre osten
sus est. Exodi. xvj. In manna doni dei q̄d
fuit figura corporis xpi. ⁊ donorū gratie.
de cōse. di. iij. Nec quēq̄. quia sicut illud
alimentū singuli colligebant. sic celestem
gratiā ⁊ sp̄ialem medicinā licet nō ab oī
bus equaliter recipiatur nec equaliter va
let. sicut d̄ Nabuchodonosor ⁊ pharaone.
dicif. xxij. q. iij. Nabuchodonosor. Recte
igitur sicut de illo dñs precepit moysi di
cens Exo. xvj. Imple gomor ex eo ⁊ custo
diatur in futuras retro generatiōes vt no
scāt panē quo alui vos in solitudine. Ita
iustū imo multū iustius est vt nos implea
mus cor nostrum. memoria beneficij ⁊ do
ni celestis. quomodo dedit nobis seipsum
in sacramento altaris Luc. xvj. Recordā
re. quia recepisti bona. i. corpus xpi: cum
multis alijs q̄d in aliquo est sile cū māna
⁊ in aliquo multo excellentius ⁊ preciosi⁹
Similitudo consistit in hoc q̄ sicut illud
fuit datū antiqs̄ patrib⁹ post transitū ma
ris rubri. ita hoc celeste manna datum est
regeneratis aqua baptismatis. ij. Mach.
iij. Memēto te quō salui facti sunt p̄res
nostri in mari rubro. Corpalis panis iste
p̄plm̄ ātīquū cibauit q̄n̄ ad terrā. p̄missio
nis per desertū adduxit. Hic celestis fide
les hui⁹ seculi per desertum mūdi in celū
subuehit. Unde recte viaticū nuncupatur
qz in via nos reficiens in patriā reducit.
sic Helyas ambulauit in fortitudine cibi
illi⁹ vsqz ad montē dei. iij. Reg. xix. Exces
dit x̄o in hoc q̄ sicut lux est purior q̄ v̄m
bra veritas q̄ figura. ita hoc donū digni⁹
est illo. de conse. di. ij. Reuera. Item illud
fuit corruptioni obnoxii in alterū diē re
seruatū istud vero est alienū ab omni cor
ruptione culpe ⁊ pene. quia si quis mādu
cauerit ex hoc pane viuet in eternū. Job.
vj. Sic ergo memoriā fecit mirabilium
suorū misericors ⁊ miserator dñs escas de
dit timētibus se. p̄pter quod grati memo
riam abundantie suauitatis tue eructabūt
in psal. **L** Tertiam memoriā p̄

priorum delictorū semper habendam esse
cognoscamus. vt doleamus. quia s̄m Cri
sosto. super epistolam ad Hebreo. ⁊ habet
de pe. di. iij. S. Judas penituit. Nullus in
uenitur delictorū tale remedium sicut eorū
cōtinuata memoria glosa ad compunctio
nē ⁊ non ad delectationē p̄pter q̄d dicif
Deut. ix. Memēto inquit ⁊ non obliuiscā
ris. quia ad iracundiā puocasti dñm deū
tuum. ⁊ Apoca. ij. Memor esto vnde exci
deris ⁊ age penitentiam.

Ad xij.
Mendaciorū Pri

mo ostendenda est multipli
citas numerosa. Secūdo gra
uitas viciosa. Tertio penali
tas onerosa. **A** In primo articulo
ostendet mendaciorū diffinitio in speciali
Secūdo oīa illa reducent ad tres sp̄es men
daci in generali. De primo scribit beatus
Aug. in li. de mendacio. ⁊ habet. xxij. q. ij.
c. p̄mo. distinguēs octo species mēdaciōrū
quorū primum est in doctrina fidei. glo. sic
Jesum nō esse passum vel natum de virgi
ne cui multū approximant qui deo vel dei
presciētie vel nature quā deus creauit im
ponunt peccata sua. quia nec prescientia
nec predestinatio infert necessitates natu
re. xxij. q. iij. Nabuchodonosor. Secūdu
est quod alicui obest. ⁊ nulli prodest sicut
mendaciū detractionis vel falsi testis. et
talis non est sustinendus qui vult obesse ⁊
non p̄desse. ff. de rei ven. l. In fundo. Ter
tiū est q̄ p̄dest vni ⁊ nocet alteri. vt men
daciū testis in cā pecuniaria. Quantū q̄d
sola mētiendi v̄l fallēdi libidie fit q̄d ē hi
strionū ⁊ p̄silius. Quintū q̄d est placendi
cupiditate v̄l suauis eloq̄o q̄d ē mūdanoꝝ
vt di. xlvj. Sūt nōnulli. ⁊ h̄ est quāqz mor
tale. quāqz veniale. vide. s. c. de adulatione
a. xj. Sextū est q̄d nulli obest ⁊ p̄dest ali
cui. vt cū q̄s dicit se nescire pecuniā alte
rius quā scit iniuste tollēdā. secus si iuste
vt si fieret auctoritate iudicij. Septimū ē
quod nulli obest ⁊ alteri p̄dest vt cum q̄s
non vult hominem questum ad mortem
prodere mentitur. ⁊ differt. a. vj. modo. qz
ibi agitur de periculo pecunie hic mortis
Octauum quod nulli obest et prodest vt
castitas conseruetur. glo. hic mouet quorū

42

Mercatio

modo potest dici nulli obest cum noceat mendicanti. quia secundum glo. Ipa quinq; genera prima sunt mortalia. et tria sequentia venialia. et respondet. argumentum inquit quod ipsa persona de qua fit sermo non includit in generali sermone. ff. comu. pre. tam rusti. q; vrb. l. Quicquid venditor. ff. de pigno. l. Paulus. §. ult. et di. xxvj. Deinde. glo. non ponit breues et bona differentia inter tria ultima genera mendaciorum. d. quod unum scilicet sextum prodest ad euitandum damnum rerum. aliud id est septimum ad euitandum periculum vite et ultimam ad pudicitiam conseruandam: et se esse coniugatam cum non sit et sic euadit volentem cum ea peccare. **B**

Secunda pars huius articuli. patz. xxij. q. ij. Ne quis arbitretur. in glo. videtur inquit quod perfectus homo mortaliter peccat mentiendo pro vita alterius. sic est peioris conditionis perfectus quam imperfectus. Ad quod notandum quod triplex est mendacium. Primo malignitatis quod fit causa decipiendi. et illud est omnibus mortale peccatum. Jocositatis ubi nemo leditur. et illud non est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis quod fit pro salute alicuius. et de illo dicitur quod sit mortale perfectis. et veniale imperfectis. Sed quare non est mortale potius quod fit ratione iocositatis cum nulli prodest quam illud quod alicui prodest. Respondet quod non fit ex animo. si illud fit et per illud intendit decipere. per istud non. et intelligas illum perfectum solum quod ex toto renunciauit pompis secularibus quod si discederet statim saluaretur: sed cum nullus debeat peccare venialiter. ut alter a morte liberetur. ut. xxij. q. ij. primum. qualiter respondebit ille a quo queritur ab hoste. est talis in hac domo: si tacet presumit eum esse in domo: si autem fatetur reus est homicidii. Respondet. tacere potest et presumat malum ex taciturnitate hoc ei non imputatur. Absit enim ut ea que bona sunt et licite faciunt impotentur nobis ad culpam si quid propter hoc preter nostram voluntatem mali acciderit. xxij. q. v. de occidendis vel qui per equiuocationes deludat caute interrogantem dicendo non est hic. i. non comedit hic ut abraham fecit. xxij. q. ij. Queritur. Hostem enim possumus licite deludere ut habet dist. xliij. In mandatis. hec ibi. **L** Quantus ad secundum mendacii grauitas patz. quia

talis est coram deo excommunicatus supra. d. viij. a. Nam ut dicitur Sapient. i. Os quod mentitur occidit animam. et idem. xxij. q. ij. Nec. Et quod dicit de ore intellige etiam de signo quod mendax est qui simulat se meliorem quam est. xxij. q. v. Lauete. Nec excuses te per antis quos patres. quia abraham dixit uxorem suam esse sororem et Jacob dicendo se primo genitum non excusant de mendacio. xxij. q. ij. Queritur. et extra de diuor. gaudemus. nec per alios maioris status. quia qui confitetur se episcopum sacerdotem vel monachum et contraria ordinis facit mendax est. xxij. q. v. Lauete. quod facere contra promissum est mentiri ibidem. c. Beatus paulus. in psal. Omnis homo mendax. **D** Quantum ad tertium mendacii pena est magna etiam in presenti inuenitur mendacium grauitate punitum. xxij. q. ij. Dilectissimus. post medius. et est ibi exemplum de anania et saphyra occisis propter mendacium. ut patz Actuum. v. ubi dixit Petrus ananie. Cur temptauit sathanas cor tuum mentiri spiritui sancto. Item alia pena mendacis est quod mendax preceptor debet carere impetratis. Et quibus scripta diriguntur sunt puniendi si precum mendacia vetuerunt argui. xxv. q. ij. Dicenti. quia ad id quod quis acquirit mendacium non habet iustus titulum. sicut patz supra. a. xj. c. ultima pena et sententia mendacii. patz in psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Ad xij.

Creationum Pri

mo quedam est ex communi cursu et est periculosa et difficilis. Secundo quedam vero ex culpa mercantium viciosa et danabilis. Tertio quedam est ex loco et tempore et persona odiosa et reprehensibilis. **A** Primus patet in mercatone communiter vsitata. nam quelibet mercatio talis est periculosa. quia difficile est inter ementes et vendentes mendacium non interuenire et peccatum. de pe. dist. v. Qualitas. quia merces sine mendatio et periurio non possunt esse di. lxxxvij. Eiciens. quia Eccli. xxvij. Inter medium emptionis et venditionis angustiabitur peccatis. et Esaie. xlvij. Negociatores tui ab adolescentia vnusquisque in via sua er

rauerunt. **B** Quāntū ad secundū mercatio potest esse viciosa et damnabilis ex precogitata malicia mercantiū multis modis. Primo quia vendunt res viciosas defectus earū ignorantibus. sicut equum aliquāliter morbosū vel defectuosū tanquā non habentē talem defectū et oves scabidas p̄ sanis. et vestes veteres pro nouis et aurū alchimidū pro vero auro. Omnes isti peccant et om̄s similes pro defectu rei venalis quē non ostendunt emptori contra rōnes et iustas leges. ff. de actio. emp. et vendi. l. i. §. Venditor. vbi habetur quod si venditor scit seruitutē deberi a predio vendito emptori hoc ignorante. tenet emptori ad interesse. i. ad omnia dāna quē inde incurrit ex tali cēlatione. Item. ff. de edic. l. i. §. Nunc. et §. Si intelligat. Qui mancipia vendit debet certiorare emptorem de morbis et vicijs. ad idem est lex ibidem. l. Querit de ea. §. Si venditori. vbi habetur quod si venditor excipit de aliquo vicio dicens res venalem talem defectū habere: emptor non habet actionem contra eum. si vero aliquē defectum tacet habet actionē de dolo contra eum. Ad idē est lex. ff. de pac. l. Vteribus placet. super quem ponit glosa casum de vendente equū asserente nullum h̄re defectus nisi quod non vult ascendere arbores postmodū detecto quod non vult transire super pontē ligneū non valet venditio. deceptor rehabebit equū suū quia verbis obscuris decepit innocentem de quo Prover. xij. Innocēs credit omni verbo. vide de tali casu supra. f. j. c. Ex oibus istis patet quod venditor tenet emptori ostendere defectum rei venalis: nisi est ita occultus quod latet eum et hoc est expressum ff. de acti. empti et vendi. l. Quero. Et qui hoc non facit assimilatur mercatori infernali qui occultat quāntū potest defectū mercationum suarū ut multos decipiat. et tamen sicut deceptor a falso venditore sciēte eo habet actionem contra eum. quia tacendo deliquit. ff. de actio. emp. et vendi. l. Julianus. sic deceptor a dyabolo potest agere actionē cōfessionis p̄tritiōis et p̄nic p̄tra eum. et recuperare statum suū bonū. quod fuit deceptor ultra medietatem iusti precij. sicut patet supra. f. xxij. B. sed sicut seductus in emptione potest perdere ius pe-

tenendi remediū vnius rei diu expectando si videlicet transit annus a tempore venditionis et morbi cogniti. ff. de edic. l. Sciē dum. et l. Cum sex. sic in p̄posito de nimis tarde penitentibus per legem dei. sicut p̄ supra. a. iij. a. et Eze. vij. Qui vendit animam suam paruo lucro vel delectatiōe. sicut hi qui mercati sunt. i. venundati. ut facerent malum. j. Macha. j. Ad id quod vendit non reuertetur. **S**ecundo quia vendunt per falsas mensuras quo aliqui talibus vendunt. tantum. et aliqui emunt et vendunt. Aliqui vtuntur maiori in emēdo minori autem in vendendo contra iura civilia canonica et diuina. Primo in iure civili. ff. de extraordi. cri. l. Judicibus. l. Annonam. vbi imperator Adrianus quēdam qui habuit falsas mensuras in insulam relegauit. et ff. ad. l. come. de falsa. l. penult. habetur. Si venditor mensuras publicas frumenti vini vel cuiuslibet rei actione emptori corripuerit dolo vel malo fraudem fecerit. quoniam ea res est eius vnius duplici condemnabitur. decretoque diuini adriani p̄ceptum est in insulas eos relegari qui pondera falsificant aut mensuras hec ibi. Secundo faciunt contra ius canonicum. extra de emptio. et ven. ut mensura. vbi dicitur quod si quis iustas mensuras aut iusta pondera lucri causa mutare presumpserit per xxx. dies in pane et aqua peniteat. et tertio contra legem diuinam. Michae. vj. Mensura mior ire plena. et Prover. xx. Abominatio est domino p̄odus. et pondus in hoc quod simul coniungunt mensuras et pondera nota quod sicut falsitas mensurae est contra leges predictas. ita et pondera et statera. quod statera dolosa que grauius pro se et leuius pro alijs ponderat est vitanda xpianis. xliij. q. j. Non offeramus. ne dicatur eis illud psal. Mendaces filij hominum in stateris. quod statera dolosa abominabilis est apud deum Prover. xj. Sicut ergo precipitur. Leuit. xix. Nolite facere iniquū aliquid in iudicio in regula in pondere in mensura statera iusta. et equa sint pondera. in stus modius. equusque sextarius. Tertio quia vendentes inter se pactum faciunt ut inno precio vendant quod est prohibitum. C. de mono. et conuen. negocia. illi. l. vni. quod tales ad perpetuum damnant exilium.

3-

3-

Mercurio

D Quarto quā vendūt carius ppter p
egros 7 trāsentes qđ est phibitū. ex de
emp. 7 vendi. c. j. Quinto quā emptor est de
ceptus vltra medietatem precij iusti. tunc
venditio rescinditur eo. ti. Cum dilecti. et
ca. Cum causa. 7. C. de rescin. venditi. l. j.
Quia emptor postq̄ inuenit qđ emptio p
qua dedit. xx. nō valet nisi. x. p̄ciū repetit
7 qđ res sit tanq̄ non empta per actiones
q̄toplures. ff. de actio. emp. 7 vendi. l. Ju
lianus. §. Si venditor. 7. §. Per contrariū
Sic deus inueniēs qđ multi in opere pro
quibus dedit preciosum sanguinē suū nō
valent obolus vult qđ sint tanq̄ nō empti
7 quia non valent precius datum de con
gruo reuocabit precius redemptionis. vii
psal. Et laborabit in eternum. **E**

Quia sic emptio nulla est. Primo ppter
defectum materie quādo non est talis ma
teria qualis apparet vtpote quādo vendi
tur auricalcum pro auro. ff. de contrabē.
emptio. 7 vendi. l. In venditionibus. Sic
de illis qui habent apparentiam bonorū
xpianorū: sed non sunt fm rei veritatem.
Secundo ppter defectum consensus. Nā
fm leges vltimo allegatā in omni merca
tione requiritur consensus emētis 7 ven
dentis. 7 defectus vnius emptionē reddit
nullā sic in pposito. qz deest voluntas pec
catorū de quibus deus emptor conquerit
precium meū cogitauerunt repellere.

Tertio quādo vēditor nō est bo
ne fidei. possessor rei venalis emptore hoc
ignorante qđ vt expressius videat preter
casum positū supra. a. v. a. in generali. po
no casum specialem de filio cuiusdā prin
cipis peregre pficiscente quo facto quidā
ei similis redijt quē princeps suū filius
estimans heredē dereliquit qui monaste
riū construxit multa vendidit villam do
navit redijt verus filius 7 repetit bona pa
terna cum omnibus datis et venditis. Et
arguit qđ non possit. qz barbarus philppus
putabatur liber cū esset seruus. quecunqz
tamen fecit tempore quo liber putabatur
firma sunt. ff. de offic. preto. l. Barbarus.
Casus fuit talis barbarus quidam cū eēt
seruus fugitiu⁹ romā adijt vbi pretor assi
gnatus a romanis conditionē suam igno
rabant postea tamen veritate conditionis
detecta omnia que fecit pretor existēs ra

ta habuit. 7 sic patet. Item si aliquis tem
pore quo putabatur verus patronus ali
quē instituit valet institutio. extra de iure
patrona. Consultationibus. Item filij na
ti tēpore quo putatur verum matrimoniū
legittimi sunt. extra qui fil. sunt legitimi
Cum inter. 7. c. Ex tenore. Item si solutio
facta fuit alicui qui reputatur verus pro
curator valet quod factū est. ff. de procur.
l. De solutionibus. Contra est veritas. nāz
pro non dato vel pro non vendito habet
quod ab eo datur vel venditur qui de iure
hoc facere non potest. extra de dona. inter
vi. 7 vro. Nuper. et pro facto habet quod
ab eo fit qui de iure facere potest. extra de
desponsa. impube. Ad dissoluendum. Pre
terea rei veritas gestorū erroribus non
viciatur. ff. de offi. presi. l. Illicitas. Item
casus legis est expresse in contrariū. C. de
heredi. institu. l. Si pater. vbi dicitur qđ ei
qui putabatur filius eē tota hereditas au
feratur nec in hoc casu currit prescriptio.
vt. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorū. l. Si
hec. Contra quem libri legistarū dicunt
vero filio omnia esse restituenda. ff. de in
offic. testamen. l. Si pater. Si tamen sunt
aliqua deo consecrata precium ei restitua
tur. xiiij. q. vltia. Comperimus. Et filius
putatiuus tenetur monasterio de dolo. ff.
de donatio. l. Augusto. Sic de omni ven
ditore iniusto. et patet. idem est iudicium.
vbi est mala fides tam ex parte vendentis
qz emētis. qz vterqz est particeps frau
dis. quia ibi nil plus iuris habet emptor
q̄raptor vel inuētor. ff. de his q̄ in frau.
cre. fa. sunt. l. ait pretor. §. ita demū. Et po
nit ibidē exemplū lex de illo qui emit om
nia bona alicui obligati si sciuit eum des
bitis esse obligatus particeps est fraudis.
et reuocatur contractus. Si vero emptor
fuit bone fidei in tēpore emptionis 7 post
ea desinat habere bonam fidem in re illa
tenetur reddere rem illam vero dominoz
si illā habet nec potest precium quod illi
dedit ab alio petere: sed ab illo qui illam
illi vendidit. si autem non habet non tes
netur nisi pro tanto pro quāto factus est
locupletior. quia non tenetur de consumis
ptis. vt dicit glo. ff. de petitio. heredita. l.
Si possessor. §. Restituere. in glosa. et. c.
Si in rem. 7. l. vtrum. Ad argumentum qđ

Abilitia

falsi ementes et vendentes habent pro se. dicēs q̄ licitum est contrahentibus inuicem se decipere. vt. C. de rescin. venditio. l. j. Respondet glo. extra de venditiōe. et emptio. super capi. Cum dilecti. di. q̄ lex illa habet locum. vbi dolus non dat causam contractui nec incidit in contractum Hostien. exponit illos terminos dicēs Si vis q̄ vendam tibi decretales meas. Respondeo me nolle hoc facere. quia non suus eas venditurus. et tu replicas dicēs. Si tu scires aliam compilationem esse venturā. sicut ego scio libenter venderes. Ego credo hoc verum. et vendo tibi: non valet. quia dolus dat causam contractui. et restituendus est mihi liber et tibi precium. vt. ff. de doli mali. et me. exceptio. l. Eleganter. Si vero dolus incidit in contractus. quia eram venditurus librum. et per dolum induxisti me q̄ minus vendidi: vel per dolum meum plus emisti tenet quidem contractus sed agitur ad supplementum residui. Si vero nec dolus dat causam contractui nec incidit in contractum locum habet lex predicta. unde expresse dicit glo. q̄ lex predicta locus obtinet in contractibus bone fidei quando venditor nescit emptores deceptum. et econtra. tunc venditor non potest agere contra alium: nisi sit deceptus ultra dimidium iusti precij. et fundantur hec omnia super legem diuinam dicēs. q̄ nullus supergrediatur vel circūueniat in negotio fratrem suum. quoniam vindex est dominus de omnibus his. j. Thessalo. iij. Super hoc q̄ dicit vindex. nota q̄ preter vindictam eternam punit deus in hoc seculo tales iniuste lucrantes in perditione bonorum sic acquiritorum et paupertate. et hoc iuste per legem Codicis de rescind. venditio. l. j. In qua continetur q̄ in electione illius qui decipitur erit q̄ res ei restitatur vel q̄ precij minus datum superpleatur. et certum est q̄ si omnes defraudati ab eis sic elegissent. et eēt electioni eorum satisfactum pauperes essent omnes negociatores terre themaz. baruch. iij. Et pauperes erūt omnibus illis ab eis ablati Apocalip. xvij. Negociatores terre lugebunt. quia de substantia malorum mercatorum nil remanet nisi solum peccatus distin. lxxxvij. Eijtens. **B** Quam

tum a d tertium mercatio non debet fieri in sacro loco vbi est orationibus vacandū xvj. q. vij. et hec. Nec in sancto tempore de consecra. di. iij. Rogationes. et extra de ferijs. Omnes. et xv. q. iij. c. j. ij. et iij. Nec a clericis. quia xp̄us non docuit discipulos terrenis lucris inhyare. xvj. q. j. Nulli. et quia eis prohibita est mercatio que vilius emit vt carius vendat. xiiij. q. iij. Canonū extra de vi. et hone. cleri. Clerici. et dist. lxxviii. Consequens. vbi glo. super verbo ingenio dicit argumentum q̄ non sub quolibet fraude excogitata possunt clerici exercere negociationes quod est contra illos qui per ministros vel socios mercantur in societate mercatorum contra illud di. lxxxvij. Fornicari. et c. Negociatorē vbi Hiero. dicit negociatorem clericum ex inepto diuitem. et ex ignobili gloriosus quasi quasdam pestes fuge. vide infra. m. xiiij. a. et c. et ratio est bona. quia nemo militans deo implicat se negocijs secularibus. ij. Thymo. ij. di. lxxxvij. Consequēs. quia non erit vltra mercator in domo domini. Zach. xiiij. Nam deus tales quondā eiecit de domo. Luce. xix. Ingressus inquit in templum cepit eicere emētes et vendētes. sic igitur cū negociatore tracta de traiectione et cū emptore de venditiōe Eccli. xxvij.

m xiiij.

Abilitia. Primo

quedā est deo amabilis. Secundo quedam mūdo vtilis Tertio quedam vtriq̄ detestabilis. **A** Prima est spūaliū orationis. Secūda est in mūdo pugnatiua. Tertia est neutralis deficientiua. Prima dat se dei scititati. Secūda sēli pbitati. Tertia dyabolli iniqtati. Primi. q̄ milites dnt tria hēre s. arma bella stipēdia. Arma sūt lachryme et orōnes. xiiij. q. viij. Rephēibile. et c. Lōuenior in me. bella d̄ hostes aie. Estote in q̄t fortes i bello et pugnate cū antiq̄ serpente et reuera miles bt̄is q̄sq̄ qui vt militet ab impatore nro xp̄o missus est dis. xl. An oia. s̄ caueat qlibet q̄ nō sit ligat̄ alijs q̄ spūali militie est agregādus di. liij. Nullus. q̄ q̄ vult militare deo volūtariē deserat ipedimēta. qz xp̄s vult hēre volūtariū milite ad huiēdū sibi. xv. q. j. nō ē. qd̄ necē

. 2. 7.

est quia nemo potest militare deo et mun-
do. xxi. q. iiij. Credo. et c. sequen. Marti. vi
Nemo potest duobus dominis seruire. et ij.
Thymo. ij. Nemo militans deo implicat
se negociis secularibus supra. m. xiiij. g. Sti-
pendia vero debent habere de ecclesia cui
militant: quia nemo cogit propriis stipendiis
militare. extra de prescrip. cum ex officio.
vide supra. a. xvij. c. et tunc ibi quod hic potes
videre. **B** Arma autem militie nostre
non sunt carnalia sed spiritualia. ij. Cor. x.
Alii sunt milites de militia armata de quibus
dictum est supra. A. xvij. debent habere
re probas actiones iustas et bonas informa-
tiones ac conditiones. Quantum ad primum
opera et actio illorum debet esse armis patriam
defendere iniuriam propulsare et iustam vin-
dictam inferre. xxiij. q. i. Militare. Quan-
tum ad secundum informatio illorum habet.
Luce. ij. Ubi milites interrogabant Job.
baptistam. d. Quid faciemus et nos. ait il-
lis. Neminem concutiatis nec calumniam fa-
ciatis et contenti estote stipendiis vestris
Illa doctrina continet tria puncta et reci-
tatur. xxiij. q. i. Militare. et sunt verba Aug.
in li. de verbis domini. tria puncta ad omnes
in potestate constitutos. Primum videlicet ne
aliquem ledant verberando vel occidendo
vel iniuste incarcerando vel detinendo. et
hoc dicit neminem concutiatis. Secundum quod
nec in fama debent aliquem calumniari fal-
sa crimina imponere. ff. de abolitio. crimi.
l. i. Nulli ergo falsum crimen imponant
nec ab alijs impositum faciliter credant sic
faciunt quidam que occasiones querunt: ut
ab alijs possessiones et pecunias extorque-
ant quod est prohibitus in tertio puncto quod pro-
cipit quod sint contenti stipendiis suis ubi pro-
hibet ne iniuste capiant aliena. Ista eadem
tria puncta sunt prohibita a deo Leuit. xix.
Non facies calumniam proximo tuo quod tunc
ad secundum nec vi opprimas in bonis quod tunc
ad alia duo. sint ergo milites boni habentes
fidem et bonam conscientiam. j. Thymo. j.
L Quantum ad tertium preter illas
conditiones militum de quibus habet di. j.
Ius militare. sunt alie septem conditiones
necessarie militibus in quibus etiam ostendi-
tur quales esse debeant spirituales milites
de quibus septem conditionibus sex habentur.
ff. quibus ex cau. maio. l. vlti. in glo. Et in

insti. de militari testamento. in glo. super
S. supradicta. Prima quod sint de genere mi-
litantium. vt. C. de neg. ge. l. Neminem. Ses-
cunda quod examinentur. vt. C. qui militare non
possunt. l. i. Tertia quod prestet iuramentum
quod non vitabit mortem pro republica. vt. ff.
de manum. l. publicam. et ff. de his qui no.
infa. l. Milites. Quarta quod ense cingantur.
vt patet insti. de milita. testam. l. penul.
Quinta quod stigma. i. nota publica brachijs
eius inscribatur. i. quoddam signum distin-
ctum. per quod milites cognosci possunt. sic nunc
cognoscuntur per calciameta et calcaria. vt
C. de fabrica. l. iij. li. xi. ti. ix. Sexta quod in nu-
mero aliorum militum inscribat. vt insti. de
milita. testa. l. ex eo tempore. et talis habet
privilegia militibus concessa. versus. Talibus
ornatus miles iure vocatur. Cingat mucro
latus sit nobilis atque probatus. Scriptus iu-
ratus sit stigmatibus nobilitatus. Septima
est mentis et corporis promptitudo in cuius
rei signum prohibet lex ne milites agrum
emant in terra seu puincia in qua debent
opera bellica peragere: ne studio culture
a militia reuocentur. ff. de re mili. l. Milites.
quod summa laus militie est communi vtri-
litati intendere. xxiij. q. i. Summa. si mili-
tes mundi habent istas conditiones quans
tomagis est necessarium in militibus dei spiri-
tualibus omnibus christianis. et specialiter viri-
ris ecclesiasticis qui diuina militia totaliter
debent applicari. sicut patet supra. m.
xiiij. g. et in principio huius ca. **D** Nam
sicut decretum inconueniens reputat quod quis
dux esse desiderat qui tyro. i. nouellus mi-
les ante non fuerit. sic qui prius velit doc-
cere antequam addiscat di. lix. si officio. pro
ergo omnes igitur christiani et specialiter cleri-
ci debent esse nobiles spiritualiter in filij dei
imitatione et similitudinis participatioe
et in conscientia et in alijs que ad status illum
pertinent diligenter examinati. Et mortem
pro fide et iusticia seu iusta causa si necesse
fuerit sustinere Eccli. iij. Usque ad mortem
certa pro iusticia. Nam secundum canones que sus-
git in bello publico. vt. ij. q. viij. Infames
Infamis est sed secundum leges capite punitur
vt. ff. de re mili. l. qui in acie. sicut patet di. j.
Ius militare. Secunda conditio est quod de-
bent esse ense succincti. i. verbo dei debent
cingi. et penitentia pro peccata et peccatoribus

312

Minister

Missa

3 iuxta illud. j. Math. iij. Accigimini et esto
 te filij potentes. qz melius est nobis mori
 in bello q̄ videre mala gētis nostre et san
 ctorum. Et q̄ oēs et spāliter clerici talē ha
 bitum et gestum habeant religiosum q̄ co
 gnoscantur esse discipuli xpi. In hoc inqt
 xps cognoscent oēs qz mei estis discipuli
 et. Quarto q̄ oēs sic uiuant q̄ mereantur
 scribi in libro vite et q̄ terrenā fugiant cu
 piditatem di. illud. ij. Cor. x. In carne vi
 uentes nō s̄m carnem militamus et quasi
 causam hui⁹ necessitatis assignat. Job. ix.
 Cūctis diebus quibus nūc milito expecto
 donec veniat immutatio mea. de vita ad
 mortem ppter illum timorē sic uiuam⁹ vt
 veraciter dicamus. Arma militie nr̄e non
 carnalia sed spūalia. ij. Cor. x. Quia talis
 militia est vita homis. Job. vij. E
 Quātus ad tertiū. s̄. a. xvij. a. et b. Adde q̄
 militia secularis nō culpatur sed abusio si
 cut libido dñandi: crudelitas vlciscendi: et
 cupiditas nocēdi. xxij. q. j. qd̄ culpatur in
 bello. Nam hac intentione d̄s exerceri mi
 litia et potentia mūdāna vt mali cohercē
 tur et boni subleuent. xxij. q. j. Apud. et c. se
 quēti. et nō ecōuerso. Sed heu hodie oppri
 munt innocentes et dimittūt noxios. Dan.
 xij. Sicuti spoliatores et occisores xpi et li
 beratores barrabā qui pmo xpo illudebāt
 et acetum offerebant. Luc. xxij. Et coronā
 spineam capiti eius imponentes. Jo. xix.
 secūdo vapulabant et occiderunt et cus cru
 cifixissent vestimenta sua diuiserūt. tertio
 ipm perdidērunt et postea nūq̄ inuenerūt
 quo perduto Math. xxvij. Iudei pecuniā
 copiosam dederūt eis di. dicite quia disci
 puli eis venerunt nocte et furati sunt eum
 nobis dormientibus. quorum falsitatem.
 vide. R. vij. b.

Minister christi

m Primo debet exhibere deo
 humilitatē. Secūdo domi
 no fidelitatē. Tertio oibus
 charitatem. Primo in officio dei quilibet
 d̄s esse humilis. Secūdo in officio mūdi fide
 lis. Tertio et in vtroq̄ charitatiu⁹. A
 Quātum ad p̄mū sc̄s q̄ minister d̄s obedi
 re humiliter nō solū deo sed etiam alijs p̄s
 ex significatione nois qz minister d̄s q̄ mā

datum superioris exequitur. xxij. q. ij. dñs
 noster: et q. v. Non solū. p̄ncipaliter tamen
 et p̄mo erit officiū et seruitiū deo debitum
 humiliter ab oibus reddendū et spāliter a
 clericis. di. xij. de his. dist. xij. p̄sbyter. et ex
 de cele. mis. c. dolentes. vbi p̄cipitur q̄ to
 tum diuinū officiū idiurnū et nocturnū dis
 cant deuote et studioser clericus diuinū of
 ficiū nō complens d̄s deponi. di. xij. c. vlt.
 Et est plus corde q̄ ore vl' voce p̄ferendū
 di. xij. Cantantes. Et nō soluz est necessa
 riū q̄ papa sit minister dei sed etiā q̄ nul
 lum aliū indignū ad ministrandum deo
 exponat vel admittat ppter p̄ces vel p̄es
 ciū: timorem: affinitatē vel consanguinita
 tem. viij. q. j. Aplica. imo potius talia offi
 cia sunt dāda extraneis bonis q̄ nō ex san
 guinibus neq̄ ex voluntate carnis sed ex
 deo nati sunt. Jo. j. et aplo dicente. Ministri
 xpi sunt et ego. ij. Cor. xj. Et oia ista fi
 ant cum humilitate. qz minister xpi nō d̄s
 esse supbus. qz talis diabolo comparat. j.
 q. j. Si fuerit. B Secūdo etiā p̄s q̄
 fidelitas est seruāda dño tpali. xxij. q. vj.
 Si apud. etiā discolorvt d̄s. j. pet. ij. S̄s op̄s
 q̄ sit p̄mus deo fidelis qz non p̄t esse hoī
 fidelis q̄ deo est infidelis. ij. q. vij. Nō p̄t.
 sic ergo nos existimet hō vt ministros xpi
 et disp̄satores multiformis gr̄e dei. sed in
 ter disp̄satores querit v̄s fidelis q̄s inue
 niatur. j. Cor. iij. E Tertio insup
 p̄s q̄ ministri debent exeq̄ mandatū supio
 ris ex intentōe iusticie et charitatis. quia si
 minister etiā iudicis dānatus interfecit ex
 libidine vidicte homicida est. xxij. q. v. Cū
 minister. vbi etiā dñs est curialis minister
 d̄s esse eiusdē pditionis. qz vbi p̄familias
 est largus minister nō d̄s esse tenax. xxvj.
 q. vij. Alligant. in fi. Ergo oia humilr fide
 liter et charitative fiāt exēplo xpi q̄ sic oia
 impleuit di. Ego suz in medio v̄m sicut qui
 ministrat. Luce. xxij. Cui⁹ exemplo et prece
 pro in oibus exibeam⁹ nos sicut dei minis
 tros. ij. Corinth. vj.

Missā cōtinet pri

m mo sacramēti dignitatē. Sec
 cundo xpiani vtilitatem. Ter
 tio exigit frequentē celebra
 tem. Primū causat ex dei existentia. Secū
 m

27

Missa

dum ex diuina clementia. Tertium debet fieri cum multa reuerentia. **Q**uantum ad primum de dignitate huius sacramenti quod in missa perficitur loquitur alexander papa. de pse. di. ij. nihil. Nihil in sacrificiis esse potest maius quam corpus et sanguis christi nec ulla oblatio potior est sed omnes hec precellit. glo. ratione sanctitatis sequitur. Que pura conscientia domino offerenda est et pura mente sumenda atque ab omnibus veneranda. Et sicut potioris est ceteris virtutis ita potius venerari debet. nec mirum quod debet ab omnibus excellenter honorari cuius dignitates tam deuote honorat multitudo angelorum. iuxta illud beati Gregorii. iij. li. dyalogo. versus finem. et in omelia paschali eiusdem. et habet de pse. di. ij. Quid sit sanguis. Quis inquit fidelium habere dubium poterit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in illo iesu christi misterio angelorum choros ad esse summis yma sociari vnumque ex inuisibilibus atque visibilibus fieri. idem vno quidem tempore ac momento et in celo capitur ministerio angelorum corpori christi presentandam et ante oculos sacerdotis in altari videtur hec ibi. Ex quibus patet quod istius sacramenti dignitas ostendit primo ex presenti dei maiestate. secundo ex angelorum ministerio et societate. tertio adeo colligitur ex loci in quo missa celebrari debet specialiter sanctitate. quod missarum celebratio absque magna necessitate non debet fieri nisi in locis sacris. de pse. di. j. c. j. et c. Sine. quod sanctius est missa carere quam in loco non sacro excepta summa necessitate. catere vel audire. de pse. di. j. Sicut. et c. sequenti. et c. In illis. tamen nullus debet missas celebrare extra ecclesiam preter licentiam episcopi. de conse. dist. ij. Missarum. pensandum est ex istis quod sanctus sit sacerdos et sanctificatus qui illud sacrificium habet conficere et facere de non sacro sacrum. maior necessitas videtur quod illud sanctius sit pro quod illud debet sanctificari et in quo debet postquam est sanctificatum tanquam in loco poni et preseruari quantum illud sacratissimum sacramentum propinquius tangit et tractat et tangitur a celebrante vel conicante quam a muris ecclesie circumstantibus et distantibus. tanto magis sanctitas requiritur in illo quam in alijs. Si igitur est multum contra dei leges et ecclesie quod missa celebratur ut dictum est in loco non sacro non est dubium quoniam multo plus sit contra easdem quam quis missam celebrat vel conicat

nisi sanctus et mundus et si prohibitum est haberi morbum caducum corporalem missam celebrare sicut ps. vij. q. ij. In litteris. et c. sequenti. magis videtur contra sepe cadentem in peccatum. quod morbus caducus spiritualis est deo magis abominabilis et patienti periculosior. Recte argumentum est de calice vitreo in quo nullus debet celebrare propter eius fragilitatem de conse. dist. j. Uasa. et de pranso prohibito missam celebrare. vij. q. j. Nihil. et de conse. di. ij. Liquido. plus est contra eum quam est plenus malis peccatis quam bono cibo. Si igitur scilicet indigne celebrans comparatur idolatrie sicut ps. di. xxxij. s. Porro. magis isti. Igitur sicut sacerdos infamis est a celebratione missae prohibendus. di. l. Si qui post. ita qui libet peccator deberet se continere ab isto sacramento quousque esset de numero illorum quibus precipitur. Exodi. xx. Qui accedunt ad dominum sanctificentur. et Leuit. xxi. Omnis qui habuerit maculam non accedat. **B** Quatum ad secundum magna est utilitas quam habet christianus de missarum celebratione quam ex dei venit clementia et bonitate qui facit missam atque eius virtutem tam largam tam utilem omnibus christianis quam sicut dicit Hieronymus. et habetur de pse. dist. v. Non mediocriter. Cum pro omnium animabus psalmus vel missa debet nil minus quam si pro vno quolibet eorum diceretur accipitur. Sed hoc opus sane intelligere secundum glo. ut hoc referas ad casum in quo textus loquitur. Non inquit minus valet missa cum hilaritate mentis dicta quam cum pro quolibet diceretur ex anxietate. q. d. tantum valet singulis missa vna dicta cum sanctitate sicut vna dicta pro vno solo in praesentia. nec mirum. Nam cum magna premissa se consistat in orationibus et quanto oratio a meliori porrigitur tanto citius exauditur. j. q. j. Ipse. xij. q. v. Scriptum. etiam si minus deo loquitur. et hoc est quod dicit Hieronymus. in predicto textu. Non mediocriter. non inquit verbo tantum sed corde orandus est deus quia propter melior est quinque psalmodum decantatio cum cordis puritate ac serenitate et spirituali hilaritate quam totius psalterij modulatio cum cordis anxietate et tristitia hec ibi. In omnibus istis simul collectis patet quod Hieronymus. qui facit comparisonem inter orationem et missam dicendam et a minus bono vel a prophano et presertim missam boni

Misericordia

cuius missam cōpensat & eque valere facit
 orationi. scz dicte pro multis cū oratione
 alterius q̄ minus vel nihil valet dicta pro
 vno solo sciens q̄ multum valet deprecatio
 iusti assidua. Jaco. v. Sz sicut q̄ celebrās
 & orans fit eque sanctus dicit q̄ quādo ex
 speciali intentione celebrātis vel orantis
 fit pro vno & ex generali pro oibus plus va
 let illi vni q̄ alijs. vni videlicet q̄tum ad
 culpe deletionem alijs q̄tum ad pene li
 berationes. Et ratio est. Orationes sancto
 rum & suffragia ecclesie nō se habent p̄ mo
 dum lectionis vel luminis vt quidam dice
 bant sed per modū redemptōis & solutio
 nis debiti sicut p̄t̄ per b̄m̄ Tho. in. iij. di.
 xlv. q. iij. qua specialiter liberatur ille pro
 quo sp̄aliter celebratur. Si essey in purga
 torio malle m̄ q̄ vnus sanctus homo dice
 ret vnaz missam pro redemptione mea q̄
 mille mali mille missas: p̄pter duas ratio
 nes. Prima quia legitur. iij. Regum. xvij.
 q̄ deus nō exaudiuit. lxxxvij. malos sacer
 dotes & p̄phetas sacrificātes & orantes a
 mane vsq̄ ad vsp̄rā. qz pctōres nō audit
 deus. Johan. ix. & solum helyam statim ex
 audiuit. Secūda. quia nullus d̄beret opta
 re nec aliquē conducere nec pascere aut re
 tinere ad faciendū aliq̄d opus quod est ra
 tione operantis indigni contra honorem
 dei & ad maiorē dānationem agentis. s̄ sic
 faceret talis qui optaret q̄ sacerdos imū
 dus missam celebraret vel in missa pro eo
 oraret cum p̄pheta. imo deus per prophe
 tam dicat fiat oratio eius in pct̄m̄. qz ōrō
 deū non amantis. s̄. d. ix. b. & maloz deo
 displicet. J. iij. a. **E** Quātus ad ter
 tium valde felix est qui vnā missam potest
 in die celebrare. de conse. di. j. c. Sufficit. &
 ex de cele. mis. Referente. felicior est q̄ p̄t̄
 singulis diebus quādo est disposit̄ singu
 las missas dicere. quia sicut corpus sanus
 omni die reficitur cibo corpali. ita p̄gruus
 est. & patet figura huius. Exod. xvj. vbi sin
 gulis diebus colligebant māna que fuit fi
 gura sicut patet. s̄. iij. b. excepto septia
 die quo collegerunt illud pro altera die.
 Ita nos istud sacramentum singulis die
 bus colligere debemus & in vltima die la
 boris vite nostre debemus illud colligere
 pro quiete vite eterne. Nunc igitur missa
 est frequēter celebranda & audienda taz p̄

p̄ter celebrantis q̄ audientis refectionem
 quia in d̄nicis & festiuis diebus layci tenē
 tur audire missas vsq̄ in finem. de pse. di.
 j. Missas. & cū magna reuerentia. qz sicut
 ministri regis reuerenter flectunt genu co
 ram eo & nō loquūtur nisi ei duz est in p̄ā
 dio suo. sic & patet. Et sicut sacerdos ille re
 prehenditur qui vix quater in anno missas
 celebrat. extra de missa. celebra. Dolentes.
 sic ille multo plus vituperatur coram deo
 qui per totuz annū. imo per plures annos
 nullam dicit cum tamen multo plus reci
 piat de patrimonio crucifixi q̄ ille q̄ can
 tat singulis diebus & a cōtrario sensu mul
 tum commedabitur & remunerabit a deo
 qui frequēter in bona vita celebrat nec p̄
 pecunia nec hominibus placendo quia ta
 lis qui vnā missam vel plures dicit eter
 nam sibi comparat damnationem. de pse.
 dist. j. Sufficit. Nō sic charissimi s̄ in san
 ctitate & iusticia seruiamus illi omnibus
 diebus vite nostre. Luce. j. dicens illud. ij.
 Machabeorum. j. Obtulimus sacrificiuz
 & accendimus lucernas & p̄posuimus pa
 nes & nunc frequētare.

Ally xvij.

Misericordia tri

m

plex. Primo curatoris er
 rantem reuocantis. Secun
 do largitoris indigentes sub
 leuantis. Tertio redemptoris nostri rem
 emptam expectantis. Prima est spiritua
 lis. Secunda corporalis. Tertia superna
 turalis. quia misericordia eius super om
 nia opera eius in psal. **A** Prima re
 uocat deuantem. Secunda adiuvat paci
 entem. Tertia recipit & viuificat omne vo
 lentem & digne ipsuz inuocantem & dicens
 tem illud psal. Veniant mihi miseratōes
 tue & viam. Prima est triplex vna delin
 quentes corrigit. dist. xlv. Tria. & hec nulli
 debet parcere. quia iniusta misericordia ē
 percere delinquenti. xxij. q. iij. Est iusta.
 & crudelis est misericordia parcere in dis
 crimen multorum. distinctio. xlv. Sed il
 lud. & misericors non est qui parciat vicijs
 ne conturbet delinquentes. xxij. q. v. Qui
 vicijs. Nec aliquis debet moueri ad percē
 dum lacrimis quozūcunq̄. vt. ff. de offic.
 p̄si. obser. qz expedit reipublice ne malefi
 ci

37

m ij

Misericordia

tia maneant impunita. ff. ad le. a. qui. Itavulneratus. et vnde cum claruerint sunt punienda. xxiij. q. v. non est. secunda misericordia consulit et docet. di. xlv. disciplina. tertia offensas et iniurias remittit. di. xlv. tria. et di. l. considerandum. hec debet esse prompta. Sicut ergo precipitur Ephes. iij. Estote inuicem benigni misericordes donantes inuicem sicut et deus in christo vobis donauit.

B Secunda etiam misericordia continet tria scilicet faciendi misericordiam necessitate haberi qualitate: modum: et quantitatem: non faciendam penitentiam. Quatum ad primum tanta est necessitas faciendi corporalem misericordiam quam consistit in septem operibus contentis in hiversu. Elifito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. quorum plura de his habentur. di. lxxxvj. Non satis. nam secundum iura civilia et canonica possessiones ecclesie dei debent alienari propter opera misericordie faciendam ut propter redemptionem captiuorum et pro magna fame pauperum et pro refectione et pro graui debito ecclesie. xij. q. ij. Aurum. sane ut hoc luce clarius contempletur ponatur casus possibilis. Quod quidam ea conditione terrarum ecclesie donauit ut non liceret ei eam alienare et si fuerit alienata quod liceret ei et heredibus suis datum reuocare. postea vero iminentibus predictis necessitatibus ecclesia voluit illam alienare non obstante tali conditione. Queritur an possit ita quod res vendita non redeat ad dominum qui illam dedit. Et videtur quod alienatio sit licita. quia nemo efficere potest quin liceat rem suam alienare. ff. de pac. l. penultima. Item hi clerici spiritu dei et priuata lege dicuntur volentes captiuos redimere: et morientes alere. ergo nullo pacto vel lege publica cohercentur. xix. q. i. Due sunt. circa si. Item quia pactum illud in predicto casu est contra bonos mores et contra publicam utilitatem. ergo nullo modo obseruandum. ff. de pac. l. Juris gentium. §. et generaliter. Item quia priuata conditio donatoris non potest generalem constitutionem canonicis inmutare. et de testamen. Requisiisti. pro qua constitutiones terra illa potest alienari. xij. q. ij. Aurum. Item maius est quod lex dei precipit quam lex humana vel pactum hominis: ergo preponenda. di. x. lege. Item quia intelligenda erat talis conditio si res permanserit in eodem statu. xxi. q. ij. Ne quis arbitretur. ea

enim que de nouo emergunt nouo indigent auxilio. ff. de interroga. actioni. l. de etate. In contrarium quod non possit alienari et si fuerit alienata reuocabitur. arguitur quodcumque pactum appositum in traditione rerum valere debet. ff. de pac. l. In traditionibus. Item quia pacta sunt ab omnibus obseruanda. et de pac. c. j. et ij. Responsio. Quidam iuriste dicunt quod non debent alienari. Aliorum vero opinionem asserentium contrarium reputo securiorem propter auctoritatem et rationes. Ambrosio. ij. de officiis. et xij. q. ij. aurum. Aurum inquit habet ecclesia non ut seruet sed erogat et subueniat in necessitatibus quid est opus custodire quod nihil adiuuat. An ignoramus quantum auri et argenti de templo domini assyrii sustulerunt: nonne melius constabat sacerdos propter alimoniam pauperum aliquid si subsidia de sunt quam si sacrilegus contaminet et asportet hostis. Nonne dicturus est dominus cur passus es tot inopes fame mori et certe habebas aurum unde ministrasses alimoniam cur tot captiui in captiuitate et carcerem ducti sunt nec redempti sed ab hoste occisi sunt. melius fuerat ut vasa uiuentium seruares quam metallorum. His non potest responsum referri quid enim dices timui ne templo dei ornatus deesset. respondeat. Aurum sacramenta non querunt neque auro placent que auro non emuntur. ornatus sacramentorum redemptionem captiuorum est: tunc illa sunt vasa preciosa que redimunt animas a morte. Ille verus est thesaurus domini qui operatur quod sanguis eius operatus est et cito post. In tribus his generibus. id est in pauperibus alendis. in captiuis redimendis. et ecclesiis edificandis vasa ecclesie etiam consecrata profringere conflare et vendere licet. hec ibi. Cui videtur concordare illud Matth. xij. Misericordiam volo et non sacrificium. **L** Qualitas vero et modus corporalis misericordie debet esse ut fiat de tuo proprio et non alieno. j. q. j. Non est. E. iij. per totum. et Thob. iij. de tua substantia fac elemosynam. Item in modo debet habere discretionem quod non vni omnia sunt data. di. lxxxvj. Dominus. et quod prius subuenias propinquis postea alijs. di. lxxxvj. Est etiam. et c. sequenti. excepta necessitate. quia tunc prius dandum est iustis extraneis quam peccatoribus propinquis. dist. lxxxvj. §. Item perfecta.

Quantitas vero eiusdem misericordie ostenditur Thob. iij. Quod inquit potueris esto misericors si multus tibi fuerit abundanter tribue si exiguum fuerit libenter impartiri stude. Nec frustra credat istam doctrinam misericordie cadere sub consilio tantum. quia misericordie officia cuiuslibet sunt precepta. di. lxxvj. Singulis. et qui negat misericordiam negat iesum christum qui est misericordia. vij. q. i. Quid. quia misericordia est maior omnibus holocaustis. di. l. Ponderet. in fi. vide. s. m. vj. a. Ex quibus sequitur tertium. ij. arti. scilicet non facietis penalitas et iuste quidem: quia sicut sepe contingit quod vir qui accipit bonam dotem cum uxore sua pro sustentatione uxoris et pro filis et qui potest habere magnam hereditatem pro illam si tenuerit cum prole et rationabiliter tractauerit si ipsam et plerumque dimiserit totum pro det per leges. ff. solu. matrimo. l. Julio. ubi habetur quod soluto matrimonio dos quam quis cum muliere accepit eidem restituatur sic ille qui accipit filiam dei spiritualem in uxorem. scilicet si dem christianam sicut quilibet christianus vel ecclesiasticum beneficium sicut viri ecclesiastici cum bona dote in re. quia cum omnibus qui iuste habent et cum magna hereditate celi in spe si bene se habuerit ad sponsas illas. Sap. vij. Quisui mihi eam sponsam assumere et plerumque eius. i. universos christianos et specialiter pauperes filios eius sustentando. Si autem se male habuerit fidei malis operibus repudiando. quia fides sine operibus mortua est. Jac. ij. et pauperes pueros eius non alendo parabitur habitis et hinc. quia iusticia sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Jaco. ij. vide aliam legem ad hoc. s. d. ij. a. r. c. v. c. Nec mirum quod inconueniens et irrationabile videtur quod quis petat misericordiam a deo qui non vult hanc primo facere. Eccli. xxvij. Homo homini seruat iram et a deo querit medellam in hominem sibi similem non habet misericordiam et de peccatis suis deprecabitur quos exorabit pro delictis illius. De Tertia insuper misericordia tria pertinet primo cadentes in peccatum expectat ut resurgat. di. xcij. Dyaco. m. in fi. secundo volentes surgere misericorditer iuuat. de pe. dist. j. Taciturnitas. tertio in presumptione misericordie peccantes et misericordia abutentes per iusticiam condemnat. quia sicut clericus qui seua exercet et ordini suo pertraria sicut officium occidendi condemnatos. vel torquendi reos vel mutilandi vel aduocandi in causis criminalibus ipso facto nu-

datur privilegio clericali. di. lxxxiij. Quis quis. et qui seculariter viuit negociando tabernam tenendo vel usuram committendo vel tonsuram dimittendo nullo gaudebit privilegio nisi illo si quis suadente. xvij. q. iij. p. etiam ex de apost. preterea. quousque ter moneatur ab episcopo postquam ammonitiones si se non correxerit. illo et omni alio punatur. quia male factor ad mortem quam meruit libere danatur. Recte sicut talis perdit privilegium clericale. quia illo abusus fuit. ita de privilegio misericordie quod perdit multis modis. sicut p. a. v. p. totum. vide. j. n. j. d. Et recte sicut potest esse quod audacia privilegij clericalis fuit occasio quod re clericus deliquit sic mala audacia de privilegio misericordie. quia presumptio de misericordia inuenienda facit multos peccatores dicentes illud Eccli. v. Peccavi et quod accidit mihi triste miseratione dei magna est peccatorum meorum miserebitur vtrobiusque: sed tam in confidentibus in tonsura quam in misericordia effectus destruit suam causam et perles matrem et opus fundamentum quia commutat misericordiam in iudicium veritatis. et sic misericordia et veritas obuierunt sibi. in ps. et de pe. di. j. Taciturnitas. s. et si non.

ad xvij.

Ors quedam pri

ma est occasionata ab antiquo peccato primi parentis. Secunda quedam vero est causata ex vera culpa peccantis. Tertia est ordinata ad penam impenitentis. Prima est nature generalis. Secunda est culpe specialis. Tertia est peene eternalis. Prima est tolerabilis. Secunda detestabilis. Tertia interminabilis. De prima et tertia morte simul. de pe. di. vlt. in fi. dicitur quod triplex est mors scilicet corporalis. spiritualis. aeternalis. De prima morte. ij. Re. xiiij. Omnes morimur circa quam mortem sunt tria consideranda scilicet precedentia. concomitantia et obsequentia. precedentia debent esse penitentia et alia sacramenta ratione cur operis precedere penitentiam est ut qui peccauerunt et non hic purgantur alibi purgentur. xxij. q. v. Quid ergo. et hac causa quousque deus bonus permittit aduersa euenire. vj. q. j. oues. Exemplus Luce. xvj. de diuite qui si hic egisset penitentiam fuisset saluatus et si lazarus habuisset prosperitatem forsitam fuisset danatus. sed quia hic habuit magnam penitentiam in qua fuit purgatus moriens

m iij

dicere potuerit illud. Gen. xlvj. Jam letus morior. iō Eccli. xlv. O mors bonū est iudiciū tuū homī indigenti ⁊ q̄ minoratur viri bus defecto etate ⁊ cui cura de omnib⁹ est. Sed ecōuerso de illo diuite epulone ⁊ de quocūq; alio q̄ ante mortē non cogitat se moriturū nec agit penitentiā de pctis suis. d̄z Eccli. xlv. O mors q̄ amara est memoria tua hoī iniusto ⁊ h̄nti pacē in substācijs suis viro quieto ⁊ cui⁹ vie directe sunt in oib⁹ bus ⁊ adhuc valenti accipe cibū. de pe. di. vij. c. vlti. Indign⁹ est inq̄t in morte capere solaciū q̄ se nō cogitauit moriturū. Sacramenta etiā ecclie sunt morientib⁹ ⁊ penitentib⁹ ministrāda. xxvj. q. vj. aurelius. ⁊. c. sequēti. Qd̄ si volentem p̄fiteri anteq̄ ad sacerdotē pueniat mors p̄occupauerit nō d̄z sibi negari eccliaistica sepultura. xxvj. q. vj. Si quis. **B** Cōcomitantia etiā sunt duo. s. computi ḡnālitās. ⁊ iudicij austeritas. p̄mū p̄z qz sicut de oī verbo ocioso reddent rōnem teste x̄po. Matth. xij. Ita de oībus alijs rebus acceptis ⁊ male expensis. qz res alicui cōmodat p̄pter ei⁹ utilitatē. sed si in suo defectu culpa p̄cedēte peat tenet respōdere de leuissima culpa ff. cōmoda. l. In rebus. Cum igit̄ oīa q̄ sūt in mūdo videlicet bona nature. fortune. et gratie sint nobis a deo cōmodata ⁊ multa ex eis male expendunt ⁊ p̄ oīs sunt pdita q̄stunt ad vsum p̄ quo deus illa creauit se quis q̄ multa recepta male expēdit de multis dure respōdebit ⁊ sicut saluator noster dicit. Luce. xij. Cui multū datū est multus q̄retur ab eo qm̄ deus dicit illud. Luc. xvj. Redde rōem villicationis tue tūc iusticia amorte liberat. Prouerb. x. **E** Sc̄cūdum mortē cōcomitans est iudicij austeritas q̄ nec de p̄dicto cōputo nec de quocūq; alio poterit etiā per p̄curatorē nec p̄ quēcūq; aliū respondere nisi p̄ eipm̄. ff. de pub. iudi. l. Accusatore. ⁊ in cā crimiali nō per p̄curatorē sed p̄ se d̄z quis respōdere. ex de p̄cura. Que fraternitati. ⁊ ideo tm̄ de iusto d̄z. Sperat in morte. Prouerb. xiiij. **D** Mortē insup̄ subsequētia debent esse duo scilz viuoz memoria. ⁊ defunctoroz suffragia. p̄mū id est memoriā mortuoz debet quilibet h̄re ad utilitatē ⁊ incunditatē. utilitas p̄z Eccli. vij. Admora re nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis.

Ideo memor esto qm̄ mors non tardabit. Eccli. xiiij. ⁊. xiiij. q. iij. In ecclesiastico. Fortitudas etiā amici de morte bene defūcti. p̄z per doctrinā x̄pi qui nō desleuit Laszarum mortuū. Johan. xj. sed ad huius vite fleuit erūnas resuscitandū. xiiij. q. vlti. q̄ diuina. Nec mirū. qz non est aliquis illoz qui lachrymant illos quos deus ad se assumpsit qui nō letarent si papa vel rex accepisset illū quē plorant ⁊ posuisset euz in curia sua in statu magni honoris ⁊ auxiliij tam p̄ se q̄ pro amicis suis. s̄ sic facit de⁹ cum illis. Apoca. xiiij. Beati mortui qui in d̄no moriuntur. ⁊ ps. Preciosa in p̄spectu d̄ni mors sanctoroz eius. j. Thessa. iij. Mortui qui in x̄po sunt resurgent p̄mi. ⁊. j. Cor. xv. seminat in ignobilitate resurget in gloria. q̄ nō est dolendus de illo quē deus sibi assumpsit in bona vita de miseria hui⁹ mūdi ad statū glie. sed de illo q̄ male moritur Exemplū ad h̄ de dauid de quo dicit Ambrosius q̄ mortēz absalonis est lachrymat⁹ sicut ptz. ij. Reg. xvij. vbi d̄z q̄ audita morte fleuit di. Absalon fili mi q̄s mihi tribuat vt moriar p̄ te. Nec mirum qz mors pctoz pessima. ps. S̄ mortuo filio suo innocente in statu infantie licet eū multū diligeret nō lugebat. sed iussit ponere mēsa⁹ ⁊ comedit sicut d̄z. ij. Reg. xij. ⁊ hoc est qd̄ docetur Eccli. xiiij. supra fatuū inq̄t plora. scz mortuū. Defecit em̄ sensu. modicū plora sup̄ mortuū. qm̄ requieuit luctus mortui septem dies. fatui aut̄ impij oēs dies. Ex his p̄z q̄ fletus imoderatus amicorum nō d̄z fieri qz ipsos nō amittimus sed p̄mittimus. xiiij. q. ij. q̄z preposterū. quia flere mortuū indebite plus puenit ex desperatione ⁊ pusillanimitate q̄ ex pietate. xiiij. q. ij. vbi cūq; sepeliam⁹. ⁊. c. sequēti. ergo sic ut p̄cipitur. j. Thessa. iij. Non cōtristemi ni sicut ceteri qui spem nō habent. Si em̄ credimus q̄ iesus mortuus ē ⁊ resurrexit. ita ⁊ deus eos q̄ dormierūt p̄ iesum adducet cū eo. Qui nimū contristantur de morte amicoz suoz p̄mo videntur facere cōtra dei voluntatem ⁊ p̄ceptum. Eze. xiiij. vbi loquitur p̄pha. d. fili hoīs. Ecce ego tollam desiderabile oculoz tuoz et non planges nec mortuoz luctus facies ⁊ mortua est vxor mea vespere. Secūdo vident̄ desperare de felicitate futuroz bonozum.

xij. q. vlti. habent. **E** Secūdum q̄
debet mortuos sequi. opus suffragij vel
auxilij ⁊ consistit in duob⁹. s. in dei bonita-
te ⁊ in amicoꝝ curialitate. Nam p̄ dei bo-
nitatem aīe hominū post mortez letantur
s̄m q̄ meruerūt. xij. q. ij. tēpus. quia sicut
bene laboranti in die datur requies ⁊ mer-
ces de nocte ⁊ nō ante ⁊ sicut ep̄us post de-
dicationē ecclesie materialis ad hospiciū
suū pōt petere p̄urationē suā ⁊ non ante
j. q. ij. c. j. Nam ecclia q̄ p̄actione cōsecrat
nō debet dici p̄secrata. j. q. iij. Ecclia. Sic
deus bene laborantib⁹ in bonis operibus
dum hīc viuūt dabit requiē in sero mortis
Apoc. xiiij. A modo iam dicit sp̄s vt reque-
scant a laboribus suis. ⁊ Luc. vj. Erit mer-
ces vestra magna. Mat. xvj. Reddet vni-
cuiq̄ s̄m opera sua. s. prius dedicantibus
⁊ sanctificantib⁹ templum aīe. tēplum dei
sanctū est qd̄ estis vos dabit magnā et bo-
nam p̄urationē di. Luce. xxi. Eos estis q̄
permāstis mecū in tribulationib⁹ meis ⁊
ego dispono vobis ⁊c. vide plus de hac ma-
teria. h. ij. a. Ex istis p̄s q̄ timentī deum be-
ne erit in extremis ⁊ in die defunctōis sue
benedicetur Eccl. j. Nolite ergo metuere
iudiciū mortis. Eccl. xij. **S** Secū-
do per amicoꝝ curialitatem defuncti pos-
sunt multipliciter iuari oblationib⁹. mis-
sis. elemosynis. orōnibus. xij. q. ij. Nō esti-
memus. ⁊ pluribus capitulis sequētib⁹ ⁊
viuoz ieiunijs s̄m Greg. ⁊ habet. xij. q. ij.
Anime. vbi dicit q̄ aīe defunctoz quattu-
or modis solunt supple a penis aut obla-
tionibus sacerdotum aut p̄cibus sanctorū
aut elemosynis caroz aut ieiunijs cogna-
torum. vbi dicit glo. q̄ sicut ieiuniū alicu-
ius liberat mortuū multo magis alteri⁹ ie-
uniū prodest viuo quod concedo si ille est
mibi vicin⁹ ⁊ ego illi coniunctus. di. lxxij
presbyter. hec ibi. Sanct⁹ vero thomas in
scripto super. iij. di. xlv. q. ij. arti. j. dicit q̄
nō solum ieiuniū sed etiā quecūq̄ alia bo-
na q̄ ex charitate fiūt ex intentione facien-
tis defunctis valere credenda sunt. qz cha-
ritas est vinculu⁹ vnians membra ecclesie
⁊ nō solum extendit se ad viuos sed etiam
ad mortuos qui in charitate decedūt cha-
ritas em̄ vnus nō finitur morte alterius.
quia charitas nunq̄ excidet. j. Corint. xij
Ergo sicut cibus corporalis iuuat oīa mē-

bra corporalia viua. ita sp̄ialis sp̄itualia
charitate cōiuncta plus t̄m illum pro quo
sp̄alius fiunt sicut p̄t. s. Ad. xvj. b. sic tam
faciens q̄ ille pro quo fit bonū opus vter
q̄ illo iuuatur. Si vero ille qui facit ope-
ra fructuosa pro defūcto s̄it extra charita-
tem non valent facienti ad augmentū me-
riti sed mortuo in charitate p̄dest ad miti-
gandū penam ⁊ sic vnū opus plus profi-
cit nō agenti quia est capax q̄ illi qui ope-
ratur propter defectū charitatis. s̄m Tho-
mā. vbi sup̄ in responsione ad primum ar-
gumentum imo qd̄ plus est sacrificio obla-
to in missa ille qui idignus est ⁊ offert deo
patri demeretur periculis ⁊ penis obligat
⁊ ille pro quo offertur a talibus citius li-
berat. Iuuat etiā deuot⁹ obsequijs quia a-
pud deum nō perit quicq̄: qd̄ in exequijs
pro mortuis diligentia hominū persoluit
xij. q. ij. Anime. p̄ope vero plus sunt ad so-
latia hominū viuozum q̄ ad subsidia mor-
tuozum ibidem. In locis etiam sanctis p̄-
dest sepeliri quandoq̄. xij. q. ij. Luz̄ ḡuia.
Item prodest defuncto habere signum se-
pulture si amici aspicientes pro ipso p̄ces
porrigant salutare. xij. q. ij. Luz̄ ḡuia.
tamen iuxta altare vbi corpus xp̄i confici-
tur nullus est sepeliendus. xij. q. vlti. Pre-
cipiendum. Omnia ista que dicta sunt de
iuuamine mortuozum intellige de mortuis
extra peccatū mortale: quia alijs plus
obest sepeliri in locis sacris q̄ prodest. xij
q. j. Quibus. ⁊c. Luz̄ graua. ⁊ ideo nec se
ipsum occidēs nec qui pro suis sceleribus
sine penitētia occiditur. est in cimiterio se-
peliendus. xij. q. v. Placuit. sic nec aliquis
in peccato mortali mortuus. xij. q. ij. Qui-
bus. quia. j. Johan. v. est peccatū ad mor-
tem non dico vt pro illo quis roget: quia
ecclesia non potest ligare vel soluere defū-
ctos de peccatis suis. quia non sunt de fo-
ro suo. xxiiij. q. ij. Legatur. ⁊ tamen quia
sepe nescitur qui moriuntur in mortali et
qui non ⁊ quibus profunt ⁊ quibus non p̄-
omnibus sunt suffragia ⁊ obsequia facien-
da. xij. q. ij. Non estimemus. quia pro val-
de bonis sunt gratiarū actiones. pro valde
malis viuozum consolationes. pro medio-
criter bonis ⁊ malis sunt propiciationes
s̄m Aug. in ench. c. xix. ⁊ habetur. xij. q. ij.
c. tempus. ⁊ ex de ce. mis. Cū marthe. in fi.

ergo amici curialitate et executores et alij qui tenent necessitate citius defunctos inuent. quo illi qui in purgatorio sunt et subsidio indigent grauius puniuntur. Nam decretum sumptum ex verbis Augustini. di. xxv. c. qualis. dicit quod ille ignis et si eternus non sit in modo tamen modo grauis est. superat enim omnem penam quam unquam homo passus est in hac vita et sicut dicitur. i. Cor. iij. Cuiuscumque opus quale fuerit ignis probabit. **S**ed forte aliqui minus faciunt pro defunctis qui sunt in purgatorio quia estimant eos ignorare quid pro eis his agatur. scire debent secundum Augustinum in libro de cura agenda pro mortuis et habet. xij. q. ij. Fatendum. quod mortui scire possunt huius vite facta pro decedentium relatione vel per angelorum reuelationem vel per specialem processionem. quia ipsis quandoque procedit ut ipsis uiuis quandoque appareant post mortem. sicut patet per beatum Gregorium in li. dyal. in multis exemplis igitur absque dubio intelligant quod illi qui sunt in purgatorio sciunt quod et quid faciunt pro eis. quia deus qui nullum ingratum uult habere in celo uult quod omnes sint grati suis benefactoribus cum uenerint ad gloriam celi quod esse non possent nisi scirent cui et pro quo deberent gratias offerre. Sic igitur pro eis agatis nunc si uultis quod ipsi faciant pro uobis cum ad suam uenerint patriam. Exemplum de iuda machabeo qui multa misit hierusalem offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant etc. ij. Macha. xij. Istis non obstantibus pauci sunt fideles defunctis de quo scriptura in persona defuncti uiuum premuniendo alloquitur. Eccli. xvij. Ademor esto iudicij mei: quoniam ego oblivione traditus sum tanquam mortuus a corde quoniam sicut meum heri sic erit tuum hodie. Et licet omnes essent fideles defunctis adhuc melius esset quod facerent pro seipsis dum uiuunt illas elemosinas quas faciunt seu facere debent post mortem illorum. alij quia illa quae ipsi faciunt in vita sunt satisfactoria pro peccatis suis et etiam meritoria sibi. ubi alia quae fiunt post non sunt nisi satisfactoria etiam si fideliter et cito fierent pro ipsis quod raro fit. Adhuc esset melius satisfacere et reddere debita antequam in carcere ponerentur et illuc sedere et clamare ad infideles amicos suos di. illud. Job. xix. Misereimini mei miserum mei saltem uos amici mei. et in

ps. Educ de carcere animam meam etc. Circa hoc faciendum multi sunt tepidi et multi sunt plus circa defunctorum spoliacionem quam liberationem quod multum est periculosum. quia debita suffragia mortuorum non reddentes fures sunt et sacrilegi et sunt excoriciandi. xij. q. ij. Qui oblatiões. et lex prohibet ne quis iudicet defunctum qui enim mortui sunt in domino ab hominibus non sunt iudicandi. di. xxij. quorundam. quia talis diffamatiua locutio est quodammodo actus diaboli ex cuius fantastica delusione mortui quandoque dicuntur apparere. xxvj. q. v. Nec mirum. Ad mortuorum magnam diffamacionem plus est contra omnem legem quam quis eos manu sua spoliaret. quia manus illa plus nocet quam lingua et si ille sit infamis qui uiolat sepulchrum auferendo illa quae circa corpus dimittuntur. corpus terra cooperiendo vel supra terram ad sepulchri ornatum sicut patet. vj. q. i. Infames. non uidentur dubium quoniam ille sit in maiori periculo apud deum qui spoliat iustitiam de bonis ei debitis. quia peius est auferre illa quae debent ab igne liberare quam illa quae debent corpus ornare. caueant tales qui male tractant defunctos et defunctorum bona quia sic ipsi et eorum bona tactabuntur. exemplo anthiochi. ij. Mach. ix. quod sicut ipse alios tractauerat peregre in montibus miserabili obitu functus est. de talibus et dicitur Eccli. xij. Si mortui fueritis in maledictione erit pars uestra. vide. e. x. a. **D** Quatum ad secundum mortem spirituales est quoniam quis moritur pro peccatis mortale. xxvj. q. ij. Qui sine. Et sic aliqui moriuntur pro auaritia. xij. q. iij. Si pro uisuram. alij pro ypocritismo. quia ypocrita uiuens mortuus est. xij. q. i. nolo. ante finem. Alij pro infidelitate sicut sordilegi et homicidi. xxvj. q. ij. qui sine saluatore. Alij pro mala exempla quia tot mortibus digni sunt quot ad subditos persionis exempla transmittunt. xj. q. iij. precipue. Alij per negligentiam. quia mortem languentibus uidentur infligere qui cum possit non excludit. di. lxxxj. c. i. Alij pro quodlibet alio peccatis mortale. de pe. di. iij. c. intermittere. S. dicens. Istis modis omnes isti appropinquauerunt ad portas mortis. quia anima eorum in malis tabescebat. **T** Quatum ad tertium mortem iehennalis est mortem eternalis. quia nunquam ibi moritur mors. xxvj. q. ij. Qui sine. de pe. di. vlti. in fi. hanc penam et mortem sapiens multum timet et dicit illud ps. A iudicij enim tuis timui: sed stulti

hoc derident dicentes vbiq̄ fuerimus
inueniemus societate quos deridet decre-
tum sumptum ex verbis Aug. in omel. de
penitentia. ⁊ habetur. ij. q. j. Multi. Non
inquit quos monem⁹ agere p̄niam querat
sibi comites ad supplicia: nec gaudeat. qz
plures inueniunt sibi similes. qz nō ppter
ea minus ardebunt. qz cū multis ardebūt
Doc qd̄ facit eos min⁹ timere penam illā
deberet eos facere magis timidos. qz so-
cietas non alleniabit penam: sed augebit
qz quanto plus circūdatur ticionib⁹ infer-
nalibus: tanto plus ardebit ⁊ dolebit. d. il-
lud psal. Circūdederūt me dolores mor-
tis. ⁊ infra. dolores inferni circūdederūt
me. qz preoccupauerūt me laquei mortis.

Alx rix.

Mundicia mētis

M ⁊ corporis. Primo est ab oī-
bus habēda ppter dei timo-
rem ⁊ amorē. Scdo amāda
ppter seculi ruborē ⁊ hono-
rem. Tertio conseruāda ppter celi valorē
⁊ vigorem. **A** Quantū ad primū
ppter dei amorē mundicia cordis est in
dei p̄sentia oīdenda. ⁊ ppter dei timores
mūdicia corpis est sub p̄nā conseruanda
Primū patet Prover. xxij. Qui diligit cor-
dis mūdiciā habebit amicum regē. ⁊ qz si
ne illa re non habetur amicitia dei patet.
qz mundicia corporis. sic est quasi spica si-
ne grano. ⁊ lampas sine lumine vel oleo. de
qua dicit decretū sumptū ex verbis Criso.
super Matth. ⁊ habetur. xxxij. q. v. Sicut
enī. Multi inquit corpore castitati studēt
qui adulterium voluntate cōmittunt. cui⁹
dñs dicat. qui viderit mulierē ad concupi-
scendū eam: iam mecharus est eam in cor-
de suo. Illa ergo est gloriosa continentia
quā transgredi non potest necessitas debi-
litati corporis: sed quē complectitur volū-
tas sancti propositi. Et econtra mundicia
mentis multū valet. ⁊ deo placet sine vir-
ginitate corporis. sicut quādo inuita cor-
rumpitur. xxxij. q. v. Magis. ⁊ ca. sequen-
t. c. Tollerabilius. Ora igitur illud psal.
Cor mundum crea in me deus. Secundū
etiam patet qz mundicia est conseruanda
sub austeritate penitentie. quia sicut pul-
chritudo interior tabernaculi in auro zar-

gento conseruabatur sub saccis cilicinis.
Exo. xxvj. ⁊ xxxvj. Ita decor templi spūa-
lis est sub duricia vestium sub cibor⁹ ⁊ po-
tuum parcimonia. sicut patz per decretū.
xxxij. q. v. Si paulus. Si inquit paul⁹ vas
electionis ⁊ preparatus in euangelio xp̄i
ob carnis aculeos. ⁊ incentina vicioz res-
pimit corpus suū ⁊ seruituti subiecit. ne
cum alijs predicans reprobus inueniatur
⁊ tamē videt aliam legem in mēbris suis
repugnantem legi mentis sue: ⁊ captiuā
tē se in lege peccati. si post nuditatem ieiū-
nia fames carceres flagella supplicia. in
semet reuersus glosa. i. libidinis fragilita-
tes considerans exclamat. Infelix ego ho-
mo: q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹.
tu te putas securaz esse debere interlinea.
Fallis te. sequit cito post qualif se custo-
dire debeat descende inquit sede in terra.
glo. i. in paupertate. ⁊ i cinere ⁊ cilicio vir-
go filia babilonis. auerte oculos ne vides
ant vanitatem. qz fm Aug. in regula im-
pudicus oculus impudici cordis est nunc-
cius. xxxij. q. v. Nec solo. ⁊ cor tuum ab im-
mundis cogitationibus. quia nemo pudis-
citas seruat. nisi prius spiritui insita casti-
tate. xxxij. q. v. Ita hec autem cordis ⁊ cor-
poris mundicia. licet omnib⁹ precipiatur
precipue tamē clericis: vt competentius
valeant diuinis vacare obsequijs ⁊ oratio-
nib⁹. di. xxxj. c. Si laycus. sic igit corde et
corpore ppter dei amorē ⁊ timorem mun-
damini qui fertis vasa dñi. Sic igit Esa.
j. Immundi lauamini mūdi estote per pe-
nitentiā per quā peccator mūdatur a sors-
dibus peccator. di. l. Et purgabit. Ezech.
xxxvj. Mundabimini ab omnibus iniqui-
tātibus vestris. **B** Quantū ad se-
cundum est ad seculi ruborem qz quis im-
munde viuat qui d̄s verbo vel facto alios
mūdare. quia sicut ille qui est seruus pene
⁊ corpore. nō potest alium manumittere.
ff. de manu. l. Qui pene. ita ille qui est ser-
uus dyaboli ⁊ imundus de congruo nō de-
bet alios liberos vel mundos facere. quia
ab imundo quid mūdabitur. Eccli. xxxij.
In talium improprium dicit. ij. Petri. ij.
Qui in errore conuersati illis libertatem
pmittentes cū ipsi serui sint corruptiōis.
A quo enī quis superatus est hui⁹ ⁊ seru⁹
est. sequitur in lege predicta: sed nec reus

Mundi malicia

capitulum criminis manumittere debet suos suos pariter. sic nec de iure deberet spiritualiter. Job. xvij. Mūdis manibus addet fortitudinem. Est etiam ad seculi et parentum honorem q̄ quis pudice et munde uiuat. nam et si parentes nō fuerint ita mundi sicut debuissent. adhuc filij pudicia paternam contegēt verecundias. dist. xcvi. c. In scripturis. et ibi exemplum ponitur de bonis filiis Noe. Sic adhuc est patri celesti et terrestri gloria. si mundi sunt pueri et maxime a mulieribus. j. Reg. xxj. Et sine illa q̄tācūq̄ quis videtur virtuosus. in alijs tamen nō est tanq̄ virtuosus honorandus. quia deerit sibi flos virtutis extra de elec. Innotuit. sed mundicia specialit̄ virginalis: cum alijs virtutibus. et precipue cum humilitate est admirabilis et multum acceptabilis. tam deo q̄ hominibus. di. xxx. c. Nec scripsimus. In tantū q̄ atēfertur nuptijs. xxxij. q. ij. Nuptie. sic igitur honorabitur. et parentes honorat. q̄s: si mūda et recta sunt opera ei? Prover. xx. **L** Quantum ad tertium mundi cia specialiter virginalis valet ad celi va lozem et vigorem consequendus tam ipsis mundis q̄ parentibus eorum. Primum ostēdit decretum sumptū ex verbis beati Ambro. xxxij. q. ij. Nuptie. vbi dicitur q̄ nuptie terram implent virginitas paradysum Matth. v. Beati mundo corde psal. Quis ascendet in montem domini etc. sequitur. Innocens manibus et mundo corde. Job xxij. Saluabitur innocens mundicia. nec tamen saluat sine bonis operibus. xxxij. q. v. Tunc saluabitur. Secundus videlicet q̄ etiam iuuat ad saluationem parentum ostenditur in canone ultimo allegato. qui accipitur de verbis Hieronimi exponētis illud. j. Thymo. ij. Saluatur mulier per filiorum generationem si permāserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. Nam saluabitur mulier si illos genuerit filios qui permāserunt virgines. si quod ipsa perdidit. acquirat in filijs et damnū radicis compenset flore et pomis: et cito post. Ideo plus amat virgines dominus christus. quia sponte tribuit quod sibi non fuit imperatum. quia virginitas non est in precepto. xxxij. q. v. Integritas. sequitur. Maioris est gratie offerre quod

non debuerat q̄ dare quod debuit. et hec virtus attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter id est a prole in parentem. et a terra in celum Sapientie. viij. Et hoc propter suā mundiciam. Sapientie. vij.

xx. Mundi malicia cō

M sistit. Primo in carnis voluptate. Secundo in diuitiarum cupiditate. Tertio in honorem vanitate. iuxta illud. j. Jobis. ij. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est. et concupiscentia est oculorum: et superbia vite. que non est ex pater: sed ex mundo est

A Prima est a cunctis christianis fugienda per mundiciam cordialem. Secunda per iusticiam legalem. Tertia per obedientiam filialem et salutarem. Quantum ad primum coniuges vtentes matrimonio hinc doctrinam eis traditam. Matthei. ix. Et omnes tenentes documentum supra. m. xix. Dabent mundiciam cordialem quāz necesse est habere contra carnis voluptatem. Aliter enim viuens est sicut animal quod nullus statum tenet sub deo et moriens priuatur celo. Primum patet. quia sicut omnis religiosus debet esse de regula Benedicti: vel de regula Augustini. vel de regula Basilij. xvij. q. ij. Perniciosam. Hoc verum fuit protunc. sic omnis q̄ est de religione christi et catholice fidei. debet tenere regulam virginitatis vel viduitatis vel matrimonij. Jaco. j. Religio mūda et immaculata hec est. et infra. Immaculatum se custodire ab hoc seculo. Et qui non est in aliquo statu de his tribus non est de ordine dei: sed dyaboli. qz sicut habitus non facit monachum: sed votum seu professio ad certam regulam. extra de regula. Porrectum. ita nec indumenta christianorum faciunt christianum: sed bonavita in aliquo de istis tribus statibus. ergo sicut piscis sine aqua. et monach⁹ sine monasterio vita caret. xvj. q. j. Placuit. Ita christiani nomine sine statu vno predictorū. qz sicut in alijs regulis oportet q̄ status concedet cum nomine. vt patet ca. vlti. Allegato. ita et in religione christiana est q̄ sit talis concordia inter christianum et statu

Adunus

sum q̄ uiuat in aliquo statu sub christo: qui non habet plures status sub eo q̄ predictos tres. Recte ergo sicut oportet religiosum se alienare a familiaritate mulierum. xvij. q. ij. Peruenit ad nos. Et sicut prohibetur clericis colloquia et consortia suspectarum mulierum. extra de cohabitata. cleric. et mulie. per totum. Ita necessesse est q̄ omnes christiani fugiant societatem seminarum q̄ teneant unum statum de predictis fugientes eas que in mundo est concupiscentie corruptiones. quia mundus transit et concupiscentia eius. i. Johannis. ij. Secunda pars huius articuli uidelicet q̄ sic moriens excluditur a celo patet. quia sicut nullus seruus recipitur ad religionem anteq̄ efficiatur liber. xvj. q. j. Qui uere. Sic nec seruus dyaboli ad ordinem angelorum. Quia sicut religiosus temere deponens habitum suum est excommunicatus in ecclesia militante. extra ne cleri. vel mona. Et periculosa. lib. vj. Ita deserens vestem mundicie quā accepit in baptismo. ubi fuit factus de ordine dei est apud deum excommunicatus. quia sicut precipitur Eccli. ix. Omni tempore uerimenta tua sint candida. quia sicut dicitur ij. Petri. ij. Si refugientes. Coinquinatio nes mundi in cognitione domini nostri et saluatoris iesu christi: his rursus implicati superantur. facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. **B** Quantum ad secundum qui iuste et fideliter uidit non auferens aliquid iniuste nec detinens: licet multa bona habeat. tamen fugit cupiditatem per legalem iusticiam. quia non est religioso prohibitum q̄ habeat que sibi sunt necessaria de licentia superioris. sed q̄ habeat proprium preter licentiam. quia ad hoc non posset abbas licentiare. extra de statu monach. Cum ad monasterium. Ita non sunt prohibita christianis ea que possunt habere de licentia dei. Et sicut religiosus non debet se intromittere. de negocijs secularibus sine voluntate superioris sui. xvj. q. j. Adiciamus. in fine. et ca. de presenti. et extra ne cleri. vel mona. et. pertotum. et. ij. Thymo. ij. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus. Ita ne quicumq̄ christianus debet se implicare alicui negotio causa falsitatis. quod non

potest fieri sine peccato. Et sicut religiosus semper loquens de pecunia potius dicendus est mercator q̄ monachus. xvj. q. j. Si cupis. Sic plus intendens terrenis et plus loquens de mundialibus q̄ spiritalibus. ostendit se potius esse mundi q̄ dei. de quibus Johannis. iij. Ipsi de mundo sunt. et de mundo loquuntur. et mundus eos audit. **L** Quantum ad tertium sicut religiosus debet obedire suis superioribus. xvij. q. ij. Abbates. Maiori ratione christiani deo. Et sicut subditi religionis sunt cogendi ad tenendam regulam. et ad obediendum. distinctio. xij. De his. et. xvij. q. ij. Preuenit. Sic quandoq̄ punit deus peccatores sibi obedire nolentes per infirmitatem vel per alia infortunia dicens. psal. Ad dominum cum tribularer clamavi. Et conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Et sicut inobedientes et incorrigibiles religiosi sunt eijciendi de monasterijs. et boni sunt instituendi loco impiorum: quantum ad regimen uirtutis. extra ne cleri vel monachi et. Relatum. Sic deus tales excludet de ordine beatorum. Simus ergo obedientes abijcientes mundi superbiam et uanitatem. ne cum hoc mundo damnemur. i. Chozinth. xj.

ad xxi.

Anus. Primo

quandoq̄ est ad commodum dantis et ad laudem recipientis. Secundo quandoq̄

ad damnum recipientis: et ad laudem largientis. Tertio quandoq̄ ad culpam offerentis. et ad gloriam recusantis.

A Primum est deo digne facta oblatio. Secundum est iuste vel iniuste ueritatis redemptio. Tertium est iusti vel iniusti obuiatio. De primo munere Benefig. iij. Respexit dominus ad Abel et ad munera eius ostendentes q̄ non offerens ex muneribus: sed munera ex offerente placuerunt. ut dicit Gregorius. iij. q. vii. In grauioribus. Alia notabilia habentur sup. ij. q. i. ad. xvj. B. Ex quibus patet q̄ oblatio seu munus deo oblatum a bono uero est ad commodum offerentis et illorum

Natiuitas christi

pro quibus offertur ad laudem dei recipi-
entis. ergo venite et reddite domino deo
vestro omnes qui in circuitu eius affertis
munera dicitur in psal. Quia reges qui se
bene regunt. et alios tharsis et insule mune-
ra offerent. Aliter vero offerentibus dicit
dñs Esa. j. Quo mihi multitudines victi-
marū vestrarū plen⁹ sum. et infra. Quis q̄
fuit hec d̄ manib⁹ vestris. et Malachie. j.
Mun⁹ nō suscipiā de manu v̄ra. B

Ad clarius videndū secūdu quō videlz
mun⁹ est ad dānum recipientis. pono cas-
sum talem possibile q̄ quidā epus consue-
uit symoniace quēlibet pmouere. tam ad
ordines q̄ ad beneficia. postea dat ei ali-
quis pecuniā. vt legitime ei talia cōferat
Querit vtrū sit symonia. et videt q̄ non.
Nam si def mun⁹ vt talia pferant est pec-
catū symonie. ergo si def vt nō symonia-
ce conferat videt q̄ nō sit symonia. naz si
vnū p̄rioz fuerit bonū reliquū est malus
et econuerso di. xxxij. Hospitiolū. Extra ex
officio suo tenebat hoc facere. ergo si sup
hoc pecuniā recipiat cōmittit symoniam
x. q. iij. Nec numerus. et extra de symonia
c. j. et c. Lausam. et dicit q̄ ep̄s in hoc casu
est symoniacus expresse. j. q. iij. Uēdentes
sed hoc non videt de datore. quia per mu-
nus possumus allicere ad fidez et ad statū
melioz. xxij. q. iij. c. vlt. in textu et in glo.
apertius. et di. xlv. Qui sincera dans. igit
et accipiens sunt in casu legis. ff. de solu. l.
Si quis seruo in fine. In qua continet q̄
quis pōt de voluntate sui dñi alicui pecu-
niā soluere. et tamē ille qui accipit furtum
committit verbi gratia. Adando debitori
meo. vt pcuratori meo ticio pecuniā per-
soluat. deinde ppter causas certas ticius
amoneo. ne sit pcurator meus et phibeo
ne aliquid nomine meo accipiat. nec etiā
debitum quod ignorans debitor meus ti-
cio simulante se esse sicut prius. soluit ei.
et debitor liberatur. et ticius furti actione
tenebitur. sic de predictis patet q̄ capiēs
vituperatur. et dans commendatur. et sic ē
de omni redimente iniusticiā vexationis
dono. et soluente vsuras propter iustas ne-
cessitatem. sed de recipientibus et capienti-
bus potest dici istud Ezech. xx. Pollui eos
in munerib⁹. et illud Job. xv. Ignis deuor-
abit tabernacula eorum qui libenter mu-

nera capiunt. Et Quantum ad ter-
tium munus est ad culpam offerentis: et
ad honorem recusantis. quando quis of-
fert pecuniam vel aliud donū. vt iudicem
corumpat. Nam si offerat vt iusta senten-
tia pro eo def. peccat et cadit de causa sua.
ff. de conditio. ob tur. cau. l. ij. Maiori ra-
tione quando quis offert aliquid vt inius-
tum quid fiat. Nam in tali casu qui dat.
et qui accipit sūt maledicti. et qui recusant
benedicti. Primum patet Munus in tali
casu facit recipientem et dantem deuiare
a iusticia. qz nō timetur culpa vbi redēp-
tio fit per munera. xj. q. iij. Pauper. et cap.
Qui recte. et etiam dantē. quia participat
in crimine cū criminoso. imo quia est cau-
sa criminis. et ideo ambo inuoluunt in ta-
li crimine et illa damnatiōe. Esa. v. Ue vo-
bis qui iustificatis impium pro munerib⁹
bus. in quo periculo sunt symoniaci dan-
tes vel accipientes. Munus a manu vel a
lingua quod est fauor: vlt a seruitute inde-
bite imperia. j. q. j. Sunt nonnulli. Om̄s
nāqz tales sunt in casu maledictionis Ba-
laam munera mittentis et Balaam recipi-
entis. Numeri. xxij. Sed econuerso. ille q̄
recusat munera. sic oblata habet illam be-
nedictionem. Esa. xxxij. Qui excutit ma-
nus suas ab omni munere. iste in excelsis
habitabit. de quibus dicitur. j. q. j. Sunt
nonnulli q̄ ille manus ab omni munere
excutit qui non solum pecuniam vel obse-
quium: sed nec etiam humanum. fauorem
requirit. et est dictum beati Grego. de tali
dicitur in psal. Domie quis habitabit in
tabernaculo tuo et. infra. Qui munera su-
per innocentes non accepit.

N. j. Natiuitas christi

sti benedicta nobis osten-
ditur. Matth. ij. Natus
est rex. premissa quasi pro
introductione thematis.
q̄ melius est habere regē
natiuz q̄ electiuum. sicut patet supra. b.
vij. a. et b. Dicatur natus est rex ad nostras
triplicem utilitatem. Nam uatus est rex.
Primo vt legem rigidam faceret leniozes
Secūdo vt naturam liberam faceret libz

Natiuitas christi

riorem. Tertio vt animā dubiā faceret certio-
riorem. In pmo nos deoneravit legē mu-
tando viscerali vel potenti pietate. In se-
cūdo nos nobilitauit heredes dei instituē-
do paternali charitate. In tertio nos for-
tificauit testamētū nouū faciēdo: quia in-
delebili firmitate. Primo dico qd nou⁹ rex
natus nouā legem cōdidit. qz nou⁹ rex no-
ua lex. et hoc ad nostrā magnā vtilitatem.
qz fm doctrinam sapientū. C. de inoffi. te-
stamē. l. Si mater. Si mater duob⁹ filijs
heredib⁹ institutis in testamento. Tertio
postmodū suscepto si testm̄ nō mutet istū
etiā instituēdo cū supuiuat et istū institue-
re posset ille cū duobus alijs hereditatem
poterit vendicare. Ita deus qui maternū
ad nos gerit affectū. iuxta illud Esa. lxxvj.
Quō si cui mater blandiat. ita et ego con-
solabor vos. Qui duos filios heredes ce-
li instituit duab⁹ legib⁹ quasi duob⁹ testa-
mentis electos. s. de gentilitate per legē et
testamentū nature. nam istis statuit testa-
mentū pacis. Eccli. xliij. Quia ad litterā
illa lex fuit: hoc facias alteri etc. per quas
maxima pax eēt si obseruaret. Electos ve-
ro de iudaismo per testm̄ legis moysi que
lex ad lram est dei testm̄. sicut patet di. vj.
c. Testamentū. Nec em̄ sunt duo testamē-
ta Gal. iij. Post que de⁹ natus est homo
pnceps fratrum firmamentus gētis. Eccli.
xlix. et in ps. Nati sunt tibi filij etc. quibus
si nō fecisset nouū testm̄ nō potuissent he-
reditatem celi vendicasse ppter istam ne-
cessitatem et vtilitatē. sicut Hebreo. ix. Xps
nouī testamēti mediator est et infra vt re-
promissionē accipiant eterne hereditatis
ei necessarias. quia aliter vt fur recepta re-
stituet. Sequit vt mactat et pdat ad pctm
inuitando et exēpla peruersa dando sicut
dicif. di. l. De his. prauis inquit exēplis il-
lorū qui sacros ordines susceperūt ppls a
dei seruitio retrahitur et peior cōtinue effi-
citur et sicut filijs hely peccantib⁹ popul⁹
corruit. j. Reg. iij. sic plebs pctā luit cleris
corū. j. q. iij. ecclia. et Treno. iij. vbi pro-
pheta tangēs cām captiuitatis ppli dicit
ppter pctā prophetarū eius et iniquitates
sacerdotū eius qui effuderūt in medio ei⁹
sanguinē iustorū. qz sicut Grego. in pastora.
Eū pastor p abrupta vicioz graditur sepe
stringit qd ad p̄cipitiū grex sequatur. Se-
cundo quō vixisti quō vitam duxisti aut ex
emplo xpī qd dicit ego veni vt vitā habeāt.
aut illoz Ezech. xxiiij. Ne pastoribus qui
pascabant semetipsos. et infra. Cum aquas
purissimā biberitis. id est cum verba dei et
sanctorū legeritis et audieritis reliqua id
est quicqd fuit in residuo post auditus vel
o iij

Ornatus

lectionem pedibus vestris. id est malis af-
fectionibus turbabatis male viuendo et ma-
la exempla dando et oues mee in his que con-
culcastis pedibus vestris pascebantur et que pedes
vestri turbauerunt et bibent contra legem spiritaliter
intellectam. C. de re milita. l. Cum super.
in qua continetur. Cum superuidentes flu-
minum ripas omnis legionum multitudo consistat
prouida auctoritate decreuimus ut nullus
omnino immundo fimo communepoculum polluat
vel proterans publicos oculos nudatus in-
cestet hec ibi. Tertia questio querit de regi-
mine quomodo rexisti. id est an fuisti corrector
animarum secundum status sui exigentiam aut col-
lator vel detentor pecuniarum secundum auaritiam
aut de numero pastorum vel mercenariorum de
quibus dicit Augustinus. viij. q. i. Sunt in ecclesia
quidam prelati qui seruiunt deo non propter deum
sed propter temporalia comoda qui magis di-
cendi sunt mercenarii quam prelati. quorum iu-
dicius concludit dicens quisquis talis est mer-
cenarius qui inter filios dei se computat cogi-
tet quod respondebit quoniam dicit sibi illud ierem.
xiiij. Ubi est grex qui datus est tibi. Quarta
questio querit computum expensarum primo-
rum christi. id est rerum ecclesiasticarum quas viri ec-
clesiastici debent bene dispensare et non super-
flue dissipare. x. q. ij. Episcopus. de quibus alijs que
sunt in ecclesia quebus respondebit vide. s. l. iij. b.
In istis vero deficientes deponentur. Et si-
cut in ecclesia militante presbyter aut dyaco-
nus qui in fornicatione aut in furto vel per-
iurio aut homicidio captus est deponetur
dist. lxxxj. Presbyter. sic et presbyter. Et sicut ab-
bas negligens circa correctionem monacho-
rum deponitur. ex de sta. mona. c. ij. Ita et.
Et sicut excoicatus recipiens beneficium est
deponendus. ex de eta. et quali. ordinat. Cum
bone. Et ille etiam qui scienter suspensus
celebrat. ex de cleri. excoi. Apostolice. et illi
qui excoicati diuina officia presumunt cele-
brare omnibus beneficijs ecclesiasticis sunt
pauandi. ex de cleri. excom. Postulastis. sic
excoicatus minori excoimunicatione et su-
spensus quo ad deum et patet. Sic etiam li-
bertus ecclesiam vel prelatum accusans in
seruitutes redigitur. ex de ser. ordinan. vel
non. De familia. Sic ingrati deo et ecclesie
et breuiter in morte pro omni crimine in quo
quis inuenietur incorrigibilis deponetur
di. xliij. Nulli. et. xxij. q. iij. Forte. Ille ve-

ro qui inuentus fuerit bonus erit semper cum
illo cui dicitur. in psal. Tu es sacerdos in
eternum et.

Ornatus multi-

plex. Primo viciosus qui est
abiciendus. Secundo virtuo-
sus qui est retinendus. Tertio
gratosus qui est plurimum appetendus.
A Primus est abiciendus quia pericu-
losus est gestanti et intuenti. quia sepe contin-
git quod ignem superbie et luxurie quem quis per
vanum habitum et ornatum ostendit in alijs
dano se accedit et de dano coram deo respon-
debit. ff. ad le. a qui. l. Qui occidit. ubi habe-
tur quod si quis tempore ventoso ignem ponit
in stipula propria. et ille ignis vineas accedit
de damno respondebit. quia qui dat oc-
casionem damni damnum dedisse videtur. sic
et patet. huic concordat alia lex. ff. si quadru-
paupe. fecit. dica. l. j. §. Ita. et. §. Cum aries.
in quibus continetur quod dominus vel domina
bonis cornuti respondebit de dano illato
per cornua bouis sui. sic aliquando contin-
git quod thauri vulnerant homines. Lex autem
domini immaculata conuertens aias hec confir-
mat Exodi. xxj. Si bos cornu percusserit vi-
rum aut mulierem et mortui fuerint cito post
si bos cornupeta fuerit ab heri et nudius ter-
tius et contestati sunt dominum eius nec recluse-
rit eum occideritque virum vel mulierem et bos
lapidibus obruetur et dominum illius occidat
Sicut cornua illa nocent corpori ab eis vul-
nerato ita vanus ornatus et cornu mulie-
ris leuis nocent de eadem tentatis. quia si-
cut dicitur. Dan. vij. cornu illud faciebat bellum
Miodan vero istius belli iostedit solomon.
Prouer. vij. Ecce inquit mulier occurrit il-
li seque que tentat ornatum meretricio prepa-
ta ad capiendas aias garrula et vaga et cito
post. Statim eam sequitur quasi bos dus-
tus ad victimam et quasi agnus lasciuens
ignorans quod ad vincula stultus trahatur
et nescit quod de periculo anime illius agitur
Propter talia damna mala ornatus vestitus
lasciuus reprobat. di. xij. Par symonia.
quia ornatus meretricius non est ad placen-
dum deo sed ad seruiendum demonibus. de
conse. dist. v. Fucare. quia sicut ab vna oue
morbida vniuersus grex. sic ab vno peccatore

populus inficitur. di. xlv. Sed illud. in fi. Vide quomodo talis ornatus ad min⁹ est signū peccati. s. D. vij. c. 7 q^o respondebūt de toto damno. s. E. xj. talia igitur deserātur timore dei dicentis in ps. Corona peccatorum confringam. quia posuerūt ornamenta moniliū suoz in superbiā Eze. vij. 7 ideo sicut dicit Eza. iij. Decaluet domus verticē filiarū syon 7 dñs crinem earū nudabit in die illa scz mortis auferet dñs ornamentum calciamentoz 7c. B

Quātum ad scdm ornatus virtuosus ē duplex vnus templi spūalis de quo dicit. de ase. dist. v. Fucare. q^o ornatus xpianoz verus est nō in splendentia vestimenti sed moris boni 7 nihil in corona epi splendiū q^o humilitas di. c. Contra. Post mediu. Eccli. xxxij. Ornamentū accipies gratie. Alius est templi materialis. de quo dicit. dist. lxxvij. Pulchra. Qd^o prelati debent intendere vt templa dei ornata resplendeāt nō tamen debent circa hoc supfluas expensas appōere nec nimis curiosa 7 sumptuosa opera facere. xij. q. ij. Gloria. 7. c. Aurū. vbi habentur verba Ambro. ex libro de officijs dicentis multi edificant parietes et colūnas ecclesie subtrahunt. id est pauperes nō reficiūt marmora nitent auro splendent laquearia 7c. sicut patet supra. e. ij. b nūc autem sicut dicitur Eccli. xxi. ornamentum aureū prudenti doctrina. E

Tertiū ornamentum est appetendū. qz est stabile. Apoc. xxi. fundamenta muri ciuitatis erant ornata omni lapide p̄cioso. dum hic sumus habitaculum naturale vel fortuna nostra est quasi castrum quod est situatum super ripas maris habens latus illud quod est versus mare forte de lapidibus p̄ciosis sed parietes ex alia parte debilem de terra. quia sicut opus cōtinue sustinens fluctus maris in forti parte in vno alto fluctu qui ascendens irruit in murus terreum totum destruitur. Adurus noster fortis est anima nostra vel fortuna optata que continue sustinet fluctus aduersitatis pars debilis est corpus ad quod fluctus infirmitatis ascendens totum destruit et fluctu aduersitatis destruitur fortuna prosperitatis festinemus ergo habere illā fortunam 7 illam coronam durabilez. de qua Eccli. xlvj. Corona aurea sup mitras eius

expressa signo sanctitatis gloria honoris 7 opus fortitudinis et desiderio oculorum ornata.

Pacientia in ini

stis laboribus. Primo ē laudabilis. Secūdo iniustis vexationib⁹ quandoq^o est vituperabilis. Tertio in iniurijs dei se

per est dānabilis. Prima est mater indulgentie. Secūda est filia negligētie. Tertia est radix multiplicis malitie. A

Quātum ad primū quādo aliquis iuste flagellatur a deo vel ab aliquo tenente locum dei vel mūdialis iusticie si patienter sustineat illud siue sit carcer siue infirmitas siue bonoz perditio vel quodcūq^o infortuniū illa patientia est sibi mater indulgentie 7 si nesciat cām redij si sic accipiat vindictā dei illa purgant^{ur} p^{er} q^{uod} flagellat^{ur} 7 sic itelligit diffinitio paciētie q^o dicit q^o paciētia est suas 7 suoz iniurias eq̄nimit tollerare. xxij. q. j. c. j. in medio. s. caue ne meritū istud frequēti ipacientia perdat qz dicit lex q^o assidua frequētia p̄bet nōnulla. glo. interlinealis. i. aliquā infamiā. ff. d. in in. 7 famo. libel. l. Itē apud labeonē. quia pctm̄ veniale ex frequētia eius efficit mortale. Nam sicut ois virtus ita oē viciū p^{er} exercitiū in suo genere capit incrementū. ff. de lega. iij. Legatis seruis. s. Matrices. sitis igitur p̄fecti 7 integri in oi patientia 7 doctrina. ij. Thimo. iij. qz laudabilior ē fraudis passio q̄s vindicte actio. xxij. q. j. Nisi in me. 7. c. sequēti. B

Quātū ad scdm vbi q^o iniuste capit tua vel quāt si verisimiliter credas q^o possis eius malitiaz extinguere p^{er} tuā paciētiā sustine patienter 7 sic intellige si volueris oia precepta dñi in euāgelio d^{icitur} paciētia. Matth. v. Luce. vj. qui te pcusserit in vnā maxillam p̄beei 7 alterā 7 tollēti palliū da 7 tunicā 7 sic de alijs. qz mādata paciētie nō taz in ostensione corpis q̄s in p̄paratione cordis sunt seruāda. xxij. q. j. Nisi. s. his. Si vero estimes q^o p^{er} tuā paciētiā sua cōualescat malitia fortit ei resiste sic tñ q^o in secreto cordis semper seruando paciētiā exteri exhibeas q^o sunt p̄secutori expediētia. xxij

o iij

Pacta illicita

q. j. Paratus. quia ubi nō personam sed fidem ecclie vel aliam militiam querit si sibi nō resistitur nō patientia s̄ negligētia iudicatur. xxij. q. iij. Maximianus. r. c. Pro mēbris. sic igitur non reddere mala p̄ malis signū perfecte patientie est. xxij. q. iij. Sex differentie. sic igitur sicut d̄r Apoca. xij. qui occiderit in gladio op̄ eum occidi in gladio hec est patientia sanctorū hoc nā q̄ nobis a iure indultū est ut vim vi repellamus. ff. de iusti. r. i. l. Heluti. §. j. r. q̄ nō resistit conscius est criminis. s̄. d. j. c. Sic igitur in patientia vestra possidebit̄ aīas vestras. Luc. xxi. r. etiam aīas illoꝝ quib⁹ resistendo impeditis ne ad libitum delinquant. **L** Quātum ad tertiu scien- dum s̄m Criso. sup̄ Mat. r. habet. xxij. q. iij. Qd̄ xps. Iniuria p̄sone cum patientia r. cum gaudio est suscipienda in certo casu ut dictū est. sed iniuria dei vlciscenda ē. vi de de ista materia. J. x. a. Sic igitur p̄ patientiam curramus. Heb. xij.

Pacta illicita pri-

mo non sunt facienda. Secūdo si sint facta sunt frangenda. Tertio licita sunt facienda r. semp̄ seruanda. **A** Quātū ad pri- mū in spiritualib⁹ illita pacta nō sunt facienda. ex de pac. Cum pridē. qz in spūali- bus pactio inducit symonias. xv. q. vij. per laycos. r. ideo est illicita. ex de pac. pactio- nes. Caueāt ergo permutantes beneficia sua qd̄ raro pōt fieri sine pactis illicitis sci- entes q̄ pactio symoniaca p̄ auctoritates superioris nō purgatur eodē. c. Luz pridē. Item cū demonib⁹ nulla pactio est facien- da sicut faciunt cōiuratores r. magicarū artiū sectatores. xxvj. q. ij. Illud. Itē in cō- tractibus pactū legis cōmissorie est p̄hibi- tum. Est aut̄ illud pactum tale obligo tibi pignus. i. est rem mobilē vel ypotecam. id est rem imobilem p̄ tanta pecunia ad talē diem hoc pacto q̄ nisi soluam tibi illo die res tibi obligata sit semp̄ tua. Ista pactio est frequēs inter vsurarios r. indigētes in quo nō solū delinquūt in spe vsure. qz spe- rant q̄ res illa cū eis remaneat. sed etiam quia faciunt se similes r. socios diaboli. si- cut ps. j. P. x. d. Et quia faciūt pactum pro

pter inopiam debitorū prohibitū est in iure canonico. ex de pigno. Significante. Et in iure civili. C. de pac. pigno. l. j. Vult tas- men lex predicta q̄ pignus in die vendat̄ur r. creditor tantū accipiat q̄stus mutua- uit computādo fructus pceptos r. residuū reddat debitori. Item nullū pactū est faci- endū p̄tra bonos mores sicut ps. s̄. L. xij. d. quia mandatum dei est super oīa pacta nec p̄tra ipsa d̄s pactum fieri. dist. viij. que p̄tra. r. xx. q. j. puelle. in fi. ne dicatur ei il- lud. Osee. vj. Ipsi sicut adam transgressi⁹ sunt pactum. si aliquis fecit tale pactus il- licitum nullo modo est tenendum. qz iura- mentū vel p̄missio vel pactio de turpi fa- cto vel de re que vergit in detrimentū ani- marū est frangēda. xxij. q. iij. si ad peccatū r. Insti. de inutili stipulatiōe. §. q̄ turpi. r. ff. solu. matri. l. Alia. qz p̄missio ē ipia q̄ scelere implet. r. ideo in malis p̄missis fi- des est p̄scindenda. xxij. q. iij. In malis. qz peius est impendere q̄ peierare ibidem. c. Unusquisqz. exemplum de saltatrice r. he- rode. di. xij. Duo. ubi dicit̄ q̄ cū noxia pro- missa implemus dei iussa contēnimus.

B Quātum ad scdm̄ illicita pactio vel p̄missio semp̄ est deserēda r. licita quā- doqz in melius mutanda. qz nō infringit̄ quādo in meli⁹ cōmutatur. ex de iu. iuran. Peruenit. r. sic nō est mendaciū venire cō- tra p̄missus. xxij. q. ij. Br̄s paulus. nec eti- am quādo necessitas impedit qz nō ē trās- gressor p̄missi q̄ ne impleat necessitate p̄hi- betur. xi. q. iij. Antecessor. qz si p̄ me nō stat- quo min⁹ faciā qd̄ p̄missi mihi nō est impu- tandū. ex de sponsa. Sicut ex lris. r. rō est qz in p̄missis r. pactis plus est q̄qz subin- telligendū q̄ exp̄mat. xi. q. iij. Antecessor. ex istis ptz q̄ oēs isti debent pactū infringe- re q̄ dicūt Esa. xxvij. Percussus fedus cū morte r. cū inferno fecim⁹ pactū. **L**

Quātum ad tertiu pacta licita r. hones- ta sunt semp̄ seruāda. r. q. vlti. Relatū. ta- lia sunt q̄ fecim⁹ cū deo in baptismo r. in p̄fessione q̄ sunt districte tenenda. qz gene- rale pactū est societati hūane regibus suis obtēpare. di. viij. que. maiori rōne debem⁹ deo obediēdo tenere pacta q̄ fecim⁹ cū eo qz in pacto qd̄ ipse de⁹ fecit nobiscū q̄ nō vult nos p̄dere. Gen. ix. Statuā pactū me- um vobiscū r. nequaqz vltra iterficiet̄ oīs

Papa

caro subintelligit. si nos teneam? pacta q fecim? euz eo hm q ipse dicit. Exo. xix. Si audieritis vocē meā ⁊ custodieritis pactū meū eritis mihi in peculiū de cunctis populis. ppter qd pacta seruabo ait pzetoz. ff. de pac. lairegentiū. P. iij.

Papa Prior habet

gressus sanctitatis. Secundo pgressum ptatis. Tertio egressus paupertatis. A Primū pz di. xl. Nō nos. vbi papa loquēs dicit qd sanctū dubitet esse quē apex tante dignitatis attollit. ⁊ infra. Aut em̄ claros. i. sanctos ad hec fastigia erigit aut qui erigunt illustrat glo. i. dat eis occasionē bene viuendi. vt di. lxxxj. Valet. ⁊ bñ decet q sit sanct⁹. qz ipse est q vicē dei h̄ in terris. ⁊ vicari⁹ iesu xpi. ex de translatio. Quāto. ⁊ etiā sicut sedes aplica est prima auctate ⁊ dignitate. lz anthiocena por tpe di. xxj. Nūc aut. Ita agruum est q sit etiā scititate imo necessariū est. qz bonitas papalis salus est oīm ⁊ pueritas ei⁹ cedit in dānationē innumerabiliū psonay dist. xl. Si papa. Et id in cultu dei maiorem zelus dz h̄re q̄ alij xpiani. xxiiij. q. j. Officij. vbi Julius papa ait. Officij nr̄i consideratione nō est nobis dissimulare nō est tace re libertas. s. nobis qb? maior cūctis xpiane religionis zelus incūbit hm glo. In papa. dissilatio ē detestabilis ⁊ taciturnitas in eo est magnū malū di. xl. Si papa. vbi glo. dicit q in plato taciturnitas est mortal di. xliij. c. j. ⁊ Esa. vj. Ne mihi qz tacui igif nō taceat papa: sed corrigat ⁊ finem imponat scādalois ⁊ piculosis. ⁊ faciat q decretū illud teneat dist. lxxxij. Presbyter qd est infra. S. iij. a. ⁊ illud di. lxxxj. Si q. qz min⁹ malū eēt leges nō condere q̄ conditas negligere ⁊ neglectozes impune trāfire. Itē finē iponat scādalis ⁊ piculosis discordijs duoz archiepoz anglie. videlz cātuares. ⁊ eboracē. de antiq̄ lāgoze portatidis crucis sniam tenēdo bti Grego. q in registro suo de illis loquēs lib. ij. Ep̄la. xxiiij. missa augustio aplo angloz sententiat q ille sit prior honore q̄ fuit pri⁹ ordinat⁹. Itē faciat curatos indispensabiliter re fidere. ppter piculū tā dispēsantiū cū eis s. d. xliij. a. qz etiā dispēsationē illā pcurā

ciū. Ibidē. b. qz etiā subditoz sicut patebit infra. t. de platis. In istis em̄ ⁊ in multis alijs pape ⁊ alioz platoz taciturnitas reputat piculosa. qz si plati nō haberēt maiore negligentia in his q̄ ptinet ad salutē aiay q̄ h̄nt aliq̄ in collectiōe pecuniaruz nō eēt tot pctozes in clero ⁊ pplo nec tot lupi i grege dñico. qz audiētes vnū puiso rē volentē in ecclia sua pbendā iuste vēdi care vel quēcunqz acceptare aut aliqd de redditib⁹ suis vel iurib⁹ occupare grauit offendunt exquisitisqz psilyis multilqz libroz ⁊ legū reuolutiōib⁹ toto conamie conāt resistere. S; audiētes vel poti⁹ audire negligētes demones i diocesi sua aiay potent spoliare. vsurarios. luxuriosos. raptores. ⁊ iniustos multiplicari. lupos contra oues pualere. Nō dico xpiani cum sint qm̄ in aliq̄ offendant: s; vnū scio qd vrinā nec esset a deo nec ab hoie scitū. q nō tāto cō filio tanto conamie dyabolo resistūt ⁊ peccatis animay piculis: qzto resistunt pbēdarū ⁊ pecuniaz petitorib⁹ ⁊ honozis proprij impeditorib⁹. Ex q̄ pz veritas scripture Bernardi scribētis ad Eugeniū lib. iij. de consi. c. v. Elides inquit oēm eccliaficū zelū feruere solū p dignitate tuēda honozari totū dat sanctitati nihil aut parū ⁊ infra. De placito dei nulla mērio est p iactu rassalutis nulla cunctatio nisi qd sublime hoc salutare dicam⁹. ⁊ qd gloria redolet. h̄ iustū est. hec ibi. Et h̄ac scias eē magnā occasionē corruptiōis aiay. quia si psidētes in suprema curia xpianitatis tam distictis sanctionib⁹ quererēt que sunt iesu xpi. sicut querūt que sua sunt nō essent tot symoniaci: vsurarij: luxuriosi ⁊c. in curia romana: nec in alijs locis sicut sūt. nec tot mundine ⁊ mercatiōes in festis nec tot homines honozis dei destructozes. Sed heu nisi tara vel residuū pape ad certū soluat terminū. ⁊ nisi ecclē decima certo sit ei termino soluta: grauissima cōtra non soluentes exercet excōicationis sentētia ab his qui in clero ⁊ populo duriora scire potuerāt delicta: quib⁹ tam breui tpe rigida medicina mīme obuiat. Mandatū namqz illoz de pecunia soluēda ptergrediēs excōicationis ⁊ interdicti pena punif. Precepta ho dei quisq̄ de clero trāsgrediendo vitā ducēdo luxuriosaz pena punif pecunia

Papa

ria. in qua plerique plus burse impletione quam culpe videntur intendere correctioni. Ex quibus unum patet quod dicere vehementissime exprobrare. silere tamen non audeo ne incidam. In illud Esa. vj. Ne mihi quia tacui quod videlicet quales leges tales et legum conditores bulla. namque et legis sanctio conditoris est ostensio. Ergo bulle pecuniales pecuniarum ostendunt feruidos amatores et tot peccatorum dissimulatores neglectores manifestant animarum. Forsitan responderunt quod curam animarum suis subditis commiserunt ad pecunias vero colligendas eos sumptuum compellit necessitas. quibus respondetur quod sicut curam animarum ita et pecuniarum et dispensationem decimarum suis subditis commiserunt de quarum una maximam habent subditi in non custodiendo negligentiam. et in altero magnam habent in colligendo diligentiam de quibus deus conquerendo dicit Hier. xj. Multi pastores demoliti sunt vineam meam conculeaverunt partes meam supple. sed non suam. sequitur. posuerunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Quare ergo in illa parte in qua diligentes sunt iuvamen eis offerunt et in alia ubi defectuosi sunt. et auxilio indigentes eos periculo proprio derelinquunt. Quod vero dicunt quod defectus eos compellit ut talia faciant de ecclesia et de consecrandis in curia de episcopibus datis in curia exactioes vel reservationes de quibus scit et facta ostendunt quod quotque supervacuis expensis in illa incidunt necessitate. subtracta namque cardinalium onerosa multitudo et familie numerate et parentele inordinata affectio et totius apparatus superba vanitate tantarum cessabit necessitas collectarum. Et quibus ideo cessare deberet ne gregem pusillum qui in christo credit eiusque sanguine redemptus est scandalisarent. Si enim illius sanctissime sedis presidentes scirent quod non solum iudei heretici et schismatici. et alij infideles. sed etiam fideles obloquuntur et scandalisant de eorum apparatu atque questu quem superbum et cupidum iudicant a christi tramite declinantem. quod etiam de illa retentione quam de consecratis vel datis in curia episcopibus pro camera pape retinent populus detrahit christianus dicens tanti illi episcopatum estimo. Si deum timeret ut deberent; sine imponerent festinatam. Si enim

christus censum dedit vel pusillos non scandalisaret dicens Petro Matth. xvij. Et autem non scandalisem? eos vade. et infra invenies staterem da eis. scilicet quod petebat didragma pro me et pro te a multo fortiori illi qui christi locum tenet in terris deberet ista dimittere que sunt alienis usus deputata: ne ceteris fieret offendiculum illam dominicam suam cum timore excogitantes. Matth. xvij. Qui scandalisaverit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei. ut ponat mola asinaria in collo eius. et demergat in profundum maris. Qualiter etiam punientur qui multos scandalisant ipsos. scilicet consecratos qui magna summa pecunie usurariis se obligant antequam quicquam de ecclesia capiant quibus obligationes faciunt et fideiussores inveniunt. et pro simplo forte se obligant ad duplum ratione interesse quamque crescit ad decuplum. pro quo debito solvendo vel tyrannidem in servos ecclesie exercet et collectam gravem de clero faciunt qui contractum in curia factum secretum esse non paciuntur et interim parcam vitam. et a multis notatam diutius extra dyocesim commorando. Pro qua pecunia levanda creditoribus vel nepotibus vel largitoribus beneficia ecclesiastica symoniace largiuntur pro qua ab usurariis ad diem non soluta suspendunt creditores et fideiussores excoriant. Si autem Constantinus imperator adhuc paganus pro vita vel sanitate corporali noluit sanguinem fundere puerorum. quare voluit illi qui animas saluare deberent tot perdere pro brevi seculi vanitate. Sancti igitur esset pro seipsum et pro alijs quod pauciores haberent cardinales et de toto electi et sanctitate et scientia approbati utpote qui totum mundum sunt reaturi. In quibus ecclesie potius quam persone vel parentele esset primum qui de terris templariorum vel alia circa eis assignata pro occasione sine scandalo viveret muneribus et exactioibus que gloriam curie maculant penitus derelictis. Non dijs sed peccatis detraho. nec pono os in celum: sed in scenis como quo Paulus reprehendit Petrum Gal. ij. Nec tango montem sed mortem nec patris intendo reuelare turpitudinem. Tam timens offensam. sed potius se sequens vestigia nitor patris nudata pudenda occultare. sciens quod non omnis papa sanctus: sed quibus a deo reprobatus etiam in presenti pu

Parentes

nitur dist. xix. Anastasius. Nullus ergo of-
fendat considerans q̄ deo ordinante pro-
pheta Balaā sue vesanie reprehensore ha-
buit asinas. ij. q. vij. Secuti sunt. ⁊ Nume-
ri. xxij. **B** Quantus ad secundū pa-
pa habet in progressu potestatem. ⁊ ideo ple-
narie potestatis eccliasice que in pallio
designatur semp pallio vitur. extra de au-
ctoritate ⁊ vsupallij. Ad honore. multa iu-
ra habentur de pape ptate que quotidie ad
discuntur sciētia experimentalī. **L**

Quantū ad tertiū potestatem pape sequi-
tur q̄ est pauperior in egressu quocunq̄
etiā rustico qui de iure vel de cōsuetudine
condit testamētum. qz rustico tali mortuo
diuitijs ab eo legatis sibi applicatis in tā-
to ditior est post mortem q̄ papa. qui nul-
las tales post mortē habet diuitias. qz te-
stamentū nullum facit ⁊ cuz plenitudine
potestatis videat q̄ de cōsilio cardinaliū
quibus sepius dat licentiā testamēta con-
dendi possit legem condere q̄ ipse possit
testamentū facere. qz papa pōt nouas le-
ges condere ⁊ facere dūmodo non sint cō-
tra euangelia apostolorū vel aliorū sancto-
rum dicta que sententialit̄ sunt ab eis dif-
finita. xxv. q. j. Sunt. ⁊ non condit videtur
mīn⁹ curandū. ⁊ esse de conditione illorū
qui in psal. Dormierūt somnū suū ⁊ nihil
inueniunt omīs viri diuitiarū in manib⁹
suis. nisi dū vixit legationē regularū ⁊ bo-
norū operū ad deū miserit. qui igit̄ duz vi-
uit mittit legatos p̄ vtilitate aliorū. tales
etiā mittat pro cōmodo pprio. qz sicut le-
gatus nō debet querere p̄fectum ppriū
sed mittentis dist. xciiij. Si quis ita talis
elemosyna querit cōmodū mittentis. ⁊ sic
legatus a latere pōt absolvere de iniecti-
one manū in clericū ⁊ bñficia conferre
extra in nouella. Innocentij de officio le-
gati. c. j. Ita elemosyna ab omni peccato
liberat. ⁊ facit inuenire viam ad vitā eter-
nam. Thobie. iij. **P** iij.

Parentes boni.

P Primo sunt a filiis honorā-
di. Secūdo pre ceteris i ne-
cessitate iuuādū. Tertio mali-
versos sunt derelinquēdi **A** De p̄mo
habem⁹ preceptū dei. Ero. xx. Honora in-
quit patrē ⁊ matrē. ⁊ di. xxx. Si qui filij. ⁊

di. lxxxvj. Singulis in fi. qd̄ nō debet tan-
tūmodo intelligi de parentib⁹ carnalib⁹
qz plus videt̄ peccare cōtēnens patrē spi-
ritualē q̄ carnalē. ij. q. vij. Qualis. de hoc
vide. s. f. vij. l. Qui vero ecōuerso aduer-
sus parētes armant̄ vbiqz nomē infamie
incurrunt. vj. q. j. Infames. **B** Quā-
tū ad secundū tpe necessitatis magis succ-
currendū est parentib⁹ q̄ alijs di. lxxxvj.
Singlis. S; quid si pater sit infidelis ad
hoc r̄sum est. s. f. vij. l. vtrū etiā teneat̄
potius iuuare patrē vel matrē vide. f. vij.
l. hoc tamē teneo qvtrūqz iuuabit si pos-
sit. qz potius debet quis parentib⁹ egenis
maxime fidelib⁹ puidere q̄ religionē ins-
trare di. xxx. Si qui. qz despiciēs parētes
tpe necessitatis mereret̄ mortē t̄palem et
eternā di. lxxxvj. Singulis in fi. **L**

Quantū ad tertiū parētes qui a xpo as-
uertunt̄ sunt oīno dimittendi. xxvij. q. j.
Si infideles. qz si illi qui non deserūt sed
sequuntur vicia parentū dicunt̄ filij abo-
miationū di. lvj. Lenomanēsem. s. l. Cū igit̄
tur. ⁊ reuera p̄ quāto generatus ex malis
parētib⁹ est p̄liuor ad malā. qz ex talib⁹
vt plurimū mala ples generat̄ di. lvj. Si
gens pro tāto oportet q̄ plus deserat illo-
rū societate ne educatiōe inclinatio iplea-
tur. nec in talib⁹ q̄ sunt cōtra salutē suam
debet q̄s parentib⁹ obedire. vñ Bernard⁹.
in quadā epla ad parentes pprios Sola
inquit cā q̄ licet̄ parētib⁹ nō obedire deest
ipse em̄ dicit q̄ amat patrē aut matrē plus
q̄ me nō est me dign⁹ ⁊ infra. In hoc non
agnosco parētes. s. hostes imo nō paren-
tes sed pemptores. **P** v.

Assio christi cuz

P morte eiusdē ⁊ cū nostro as-
sensu. Primo hereditatē celi
nob̄ recupauit. Secūdo ad ip-
sas fugiētē saluauit. Tertio ad vices gr̄as
nos obligauit. **A** Quātū ad p̄mū hō
p̄ mortē xpi h̄ hereditatis celestis agruā
v̄dicationē ⁊ p̄ ppriā diligētā hēbit eius-
dē possessiōez ⁊ p̄ suā negligētā seu culpā
poterit icidere i illi⁹ p̄petuā pditionē. pri-
mū ondit̄ p̄ rōez leg. C. d̄ inof. te. l. Si mī
vbi d̄. si mī iduob⁹ filijs heredib⁹ in testō
institutis. tertio filio post testm̄ suscepto
si in puerperio ei⁹ discesserit mī ei lex. cā

l. p.

Passio christi

Duobus fratribus largitur hereditates. qz ex psumptione legis eū cum alijs duobus heredem instituisset nouū testamentū condendo. qz non solet mater iuniorē filius preterire. **B** Sic in pposito de^o q est mater nostra qui dicit Esa. lxxj. Quod si cui mater blandiat: ita ego consolabor vos: duos filios instituit heredes celi vnu in testamēto legis nature. et alium in lege moysi. postmodū vero mortu⁹ fuit in spiritali parturitōe tertij filij. s. xpiani. ergo fm rationē legis predicte duobus filijs. i. electis ppli gētilis atqz iudaici ante mortem heredib⁹ regni celestis institutis xpianis bonis in quoz pncipio: vel puerperio mater mortua est eiusdē hereditatis iusta cōpetit vendicatio. tali ergo iure sicut scribitur Eccli. xxiii. In partes dei mei hereditas illius. i. boni ppli xpiani. et in psal. Lū dederit dilectis suis sōm⁹ ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Uide aliā legem huic concordātes supra. a. xiiij. a. Sed sicut oportet q ille qui vult hereditatē illam vendicare per priorē legem sit filius dei nō dyaboli mox imitatioe. j. q. j. Lū ordinaretur. Ita oportet qui vult p secundā sit seru⁹ necessarius psal. Seruus tu⁹ sum. et filius ancille tue. Si vero quis ius illud amittat. qz peccando se facit seruum dyaboli. renouādo societate cū xpo per penitentiam illud recuperabit per rationē legis. ff. quēad. serui. amittant. l. Si cōmunem. Ad cuius legis declarationem ponatur q duo seruitutē habeant indiuisibilem transeundi per fundum alicui⁹ vel aquā ducēdi vel alicuius alterius seruitutis vno illoz existente: minoris etatis in q nō est abilitas vsus seruitutis et alius ppter defectum vsus libertatis seruitutem suā perdit. quo facto cuz alio veniente ad etatem legitimā et ius suū obtinente isti etiam ius suū restituit. super qua lege notant iuriste qstū valeat bona societas.

L Ista lex est ad ppositum pro tāto q sicut pdicti duo habuerūt vnum ius cōmune inter eos. ita habent xps et homo in statu gratie q possunt ire simul ad celū. et sicut vnus illoz perdit ius suū. et illud reparat per sociū. sic homo peccando et penitendo. et pty qz sicut dicit. ij. Cor. j. Socij passionis xpi. quia si compatimur con

regnabimus. Roma. viij. Sic ergo patet quomodo taz innocens qz etiam penitēs per mortem et amicitia xpi recuperat hereditatem celi non solū per leges predictas sed etiā per iura regni et dei. Nam p vtrūqz patre defuncto filius vendicat hereditatem per breue de morte antecessoris. qz pater noster xps mortuus fuit in sayscia celestis hereditatis. ergo hereditate possideamus sanctuariū dei in psal. Hereditate acquisiuit eam. qz xps pro omnib⁹ mortuus est. ij. Cor. v. Et igitur succedere possunt per petitionē hereditatis ex testamēto. qz Hebreo. ix. Ideo noui testamēti mediator est vt morte intercedere benedictionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. ff. de peti. here. ab itestato. Et p aliā legē. s. B. iij. c. qz sicut Eccli. xxx. Mortu⁹ ē pater illius et quasi nō est mortu⁹ similem em reliquit post se et per leges familie heriscunde. i. hereditatis scindende que habetur. Familie heriscunde. nam sicut per legem illā hereditas patris eo mortuo est inter fratres diuidenda. sic et pty. ppter qd congrue dicitur. Josue. xvij. Diuisit terrā filijs. Mortuo autē pmogenito seu fratre seniore sine herede de corpore suo hereditas fratri vel fratribus deuoluit iunioribus. Sic xpo defuncto qui est pmogenit⁹ in multis fratrib⁹ Ro. viij. De quib⁹ dicit Matth. xxvij. Nunciate fratrib⁹ meis boni xpiani sūt. sicut dicit Ro. viij. Heredes quidē dei. coheredes autē xpi. figura et lex omnia ista confirmās. Numeri. xxv. Ubi oibus profugis in morte summi pōtificis licentia datur ad ppria remeandi. sic xps assistens pontifex semel pro nostris peccatis mortu⁹ est. j. Petri. iij. **D** Quantū ad secundā ptem primi articuli qz proprius dsensus et ppria diligentia xpiano rū sit necessaria ad hoc q illā celestē obtineat hereditatē. pty pmo. qz sicut spōsalia ptracta cū illa que est infra etatē contrahendi vel dsentiēdi nō valet nisi dsentiat cū venerit ad legitimā etatē. i. ad annos discretionis. xxx. q. ij. Ubi. sic de sponsalibus contractis nobiscum anteq̄ essemus nati. Ofec. ij. Sponsabo te mihi in fide. et patet. Secundo patet idem per exemplū dsensus in alijs contractib⁹. qz sicut cōsensu contrahitur obligatio in emptionibus

et venditionibus in locationibus et con-
 ditionibus in societationibus et mandatis que
 fiunt inter absentes per nunciū. Insti. de
 consensu obligationū. in textu. et in glo. Nā
 quā nūcius cū lra vel sine lra mittit pro re
 emenda ad aliquē si ille ad quē mittit cō-
 sentiat cōtrahit inter ementē et ipm ven-
 dentē obligatio consensu. Si vero nō con-
 sentiat nō cōtrahitur. Sic deus pater nos
 emit per passionē et mortē benedicti filij
 sui quē in hūc mundū ad hoc misit ut nos
 redimeret ab omni inquinamēto carnis.
 et spūs. ij. Cor. vij. Et per precium ab eo mis-
 sum sunt empti omēs qui cōsentiūt in mo-
 dum et conditionem emptionis qui est quod
 adhibeant propriam diligentiam quod non rede-
 ant ad dyabolū per peccatū de cuius serui-
 tute empti sunt nec mirū. quia redeuntes
 non sunt hoīes ratione vtentes: sed sicut
 canis vel alia bestia quā emptā et sibi dimis-
 sa redit ad illū qui ipsam pascere consue-
 uit. et ptz. Et hoc potest qui vult. quia sicut libe-
 ratus de seruitute potest ad seruitutē redire.
 et in traditione fundi vel alterius rei tra-
 dens potest tradere ad qualē seruitutē volu-
 erit: dūmodo placet partibus. extra de cen-
 tuato. et extra de iur. patrona. Preterea.
 xvij. q. ij. Eleuteri. sic peccator tradendo
 seipm dyabolo potest se ponere in tot serui-
 tutibus peccatorum quot voluerit. quia dū pla-
 cet ei certū est quod placet et illi cui venunda-
 ti sunt ut facerēt malū. j. Macha. j. Dicē-
 tibus quod xpūs eos emit et quod tota diligentia
 pro custodia rei emptę et totū piculū perdi-
 tionis eiusdē transit ad emptorē per legem
 Insti. de emp. et vendi. §. Cum autē: rūdet
 per aliū. §. sequentē ibidē qui incipit. An
 maduertendū. vbi dicit. Quod si veditō rei
 emptę custodiā suscepit vsqz ad traditōez
 ad ipsum periculū pertinet casus et dānus
 eiusdē sic in pposito et ptz. et rō est quia si bñ
 custodim⁹ aīas nostras nostrū erit cōmo-
 dū. quia lex dicit quod ei⁹ dō eē dānū et pericu-
 lū cui⁹ est cōmodū. Insti. de emp. et ven.
 §. Si et si post emptionē. Et Quan-
 tū ad tertiā ptē istius arti. s. quod hō pro proprias
 negligentia possit pdere totū ius celi quod
 de sua morte sibi emit ptz. Primo quia san-
 guis ille qui exiit de latere xpi in generis
 humani redēptionē et aqua quā fluxit in ei⁹
 lotionē de quibus dicit Job. xix. Continuo

exiit sanguis et aqua nō descenderūt nisi
 ad illos qui volunt esse sub xpō. mandata
 eius custodiendo. et similit⁹ sub ei⁹ legibus vi-
 uendo. Sicut nec aqua de celo veniēs des-
 cēdit nisi ad pres inferiores tm. ut dicit.
 Esa. xij. Naurietis aqz in gaudio de fon-
 tibus saluatoris. Et ratio est bona. quia sicut
 pign⁹ semel redēptū. et iterū obligatū nō
 debet reddi anteq̄ secundū debitū soluat⁹
 per legē supra. l. v. c. dicit ergo talibus de⁹
 qui pnie nō solunt pciū. precium meū cogis-
 tauerūt repellere. in psal. Quia q̄tū ad il-
 lus statū peccati in quo peccator ponit se
 nō reputabitur a deo empt⁹ per legē. s. Ad
 xij. d. quousqz soluerit pro seipso debitus
 pnie. quia dicit lex quod pditionalis mercatio
 tunc pficit cū completa fuerit cōditio. ff.
 de contrahen. emp. l. Nec venditio. Sic in
 pposito. Nā de⁹ qui emit te. hanc pditio-
 nē apposuit di. Matth. xix. Si vis ad vis-
 taz ingredi serua mandata. Omēs ergo alie
 auctoritates sacre scripture talē cōditio-
 nē habēt tacitā vel exp̄ssā. sicut illa Ro.
 x. Quicūqz innocauerit nomē dñi saluus
 erit. et Ro. xj. Omnis israel salu⁹ fiet. et j.
 Thymo. j. Vult omēs saluos fieri. et illud
 Marci vlti. Qui crediderit et baptisatus
 fuerit salu⁹ erit. quia lex generaliter loquēs
 quāqz hys tacitā cōditionē subintellectam
 sicut ptz. exp̄sse. ff. de serui. l. Si tibi. vbi
 habet quod in generali cōcessione seruitutis
 quedā tacite excipiunt. quia si alicui pcessus
 sit quod vadat per fundū alterius dōz intelli-
 gi sine dāno concedentis quod scz non faciat
 viam vltra vineas suas. quia in concessione
 generali nō veniūt quā non esset verisimilit⁹
 cōcessurus. extra de reg. iur. in. vj. nec est
 cōtra hoc lex. ff. de publi. l. De precio. que
 dicit quod lex siue sentētia pretoris indistin-
 cte loquens indistincte intelligi debet. quia
 ibidem glo. multis argumentis hincinde
 adductis tenet quod vbi lex est quā generaliter
 loquitur. nec est alia specialis que de ma-
 teria illa loquitur. tunc lex indistincte lo-
 quens intelligi debet indistincte. Si vero
 sit specialis quā in aliquo plus dicit quā ge-
 neralis tunc quod omissum est in genera-
 li supplendum est per legem specialem. quia
 illud quod plan⁹ est in speciali est quasi ta-
 cita cōditio in generali quā secū accipe-
 debet quod vult vti generali. Sic in predictis

3
3
-

Passio christi

auctoritatibus sacre scripture et in oibus
similibus generaliter loquentibus tacite sub
intelligit illa spalis qua dicitur. Si vis ad
vitam ingredi serua mandata et illa Matth.
xvj. Tollat crucez suam et sequat me. Sic
etiam oportet quod intelligat illud quod predictum
est sup. b. iij. c. De breui d. morte antecesso
rum quod. i. ille qui per viam illam vendicat here
ditatem sit capax hereditatis. nam qui non est
capax et utpote qui est mortuus mundo sicut
religiosus vel qui est morti adiudicatus et
ad patibulum ductus non potest heres institui
dum est in tali statu. ff. qui testa. fa. pos. l.
Si ab intestato. et ff. de heredi. insti. l. Si
alienum. Applicatio patris et similitudo de mor
tuo celi et de ducto ad patibulum inferni dum
est in peccato mortali. Et etiam quod dictum
est ibidem de familia heriscunda. quod inter
alios veniat unus qui non est filius. et petat
hereditatem reuera non habebit. quia et si di
cat se filium si obijciat contra eum quod non est
oportet quod probet se heredem. ff. fami. her
iscun. iudi. l. j. et ff. de exceptioni. l. Fundi
Sic quando demones hominibus inuidetes
obijciunt morienti petenti hereditatem celi ra
tione tali deus promittit celum et hereditatem
sua tenentibus precepta sua dei. Si vis ad vi
tam ingredi serua mandata et ego te intro
ducam in illam ergo nostra fiat hereditas.
Luc. xx. Quia sicut dicitur Gal. iij. Si ex le
ge esset hereditas iam non ex operibus. In quo
satis ostendit quod propter illa bona opera
obtinetur hereditas. et hoc est rationabile. quod
in societate mercantium unus quicquid ponit pe
cuniam et alter laborem corporalem. ut ff. pro
soc. l. Vera. que societas est licita et bona
si sint socii in lucro et damno. aliter vero esset
societas usurarioz de qua dicitur lex. ff. pro
soc. l. Si non fuerit. quia ubi alter damnum
non vult habere illa societas est leonina
id est crudelis et iniquissima iniquissimus
inquit genus societatis est. Ita christo pone
te precium sanguinis in mercatione here
ditatis nostre. oportet quod nos ponamus la
borem nostrum et quod simus socii laboris sicut
cupimus esse socii lucris. et ideo dicitur signa
ter. ij. Corinthioz. j. Sicut socii estis pas
sionis. ita eritis consolationis. et Rom. viij.
Si sustinemus et conregnabimus. quia deus
in illa emptione posuit partem suam. po
nas igitur. et tu tuam dicens me oportet

operari. Job. ix. Quia fuit de deo in propo
sito. sicut de amico qui dicit homini quem
diligit. Iuuabo te pro hereditate tua redi
menda vel recuperanda in tanto et non in
pluri. quia scio quod tu potes residuum pone
re si vis et patet. non dimittas. ergo illam her
editatem celi tanquam non emptam propter pi
gritiam tuam. qui a vigilantiis et non dormientibus
iura subueniunt. ff. qui. ex cau. ma. in inte
resti. l. Non is negligetibus. nec nimis ex
pectes ponendo partem tuam dicens. me
oportet operari opera eius qui misit me do
nec dies est. Job. ix. Ante vesperam mortis
quia aliter potest deficere in petitione illius
hereditatis. sicut patuit supra. D. ij. Incip
ies ergo tempestiue. d. illud psal. Ego in
laboribus a iuuetute mea et bene perseueres
usque ad mortem. quod sicut iste qui incipit esse
socius alicui. et postea renunciat societas
tu laboris post non erit socius lucris. ff. pro soc.
l. Si et socius. Ita nec et patet. quod nemo re
spiciens retro aptus est regno dei: sed qui
perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Matth. x. Item videat quod res empti sit con
grui valoris. quia aliter nihil valebit. quod
sicut per unum vicium rei empti tota ven
ditio rescinditur. quia si equus emptus ha
beat omnia equorum si habet unum morbum in
tibia qui ipsum reddit inutilem tota vendi
tio rescinditur. ff. de edil. edic. l. Cum eiusdem
quia in hoc casu vtile per vtile viciatur.
vide aliam legem de hoc supra. Ad. xij. D.
Sic in proposito qui offertur in uno factus
est oim reus. Jaco. ij. Ab illo qui vult esse
peccator et credit saluari per mortem christi
potest queri illud Gal. ij. Nunquid christus pec
cati minister est. **S** Quantum ad se
cundum christus sua morte saluauit. et saluabit
ad ipsum confugientes. conditiones salutis
implentes res emptam custodientes. primum
patet. quia statua imperatorum quondam pos
tuit saluare ad ipsum confugientes. sicut
ps. C. d. sta. et imagi. l. Qui ad ad statuas.
maiori ratione passio et imago dei viuunt quod
nec statua imperatoris. nec aliquod lignum
paradisi est assimilatum ei. Ezech. xxxij.
Quasi in signum quod voluit omnes ad ipsum
corde et vita fugientes saluare et illumina
re in omni parte corporis permisit in sua
passione saccum salutis. et lucernam lumi
nis flagellis. et plagis aperiri. et sic quan

Passio christi

tum in eo fuit sicut dicitur in psal. Redēp-
tionem misit populo suo. Secundo saluat
conditionem salutis adimplentes et non
alios. quia sicut ille qui factus est heres in
testamēto sub conditione si per legata etc.
Ende stet quo minus cōditio implebitur
hereditatē non consequet. quia deficit in
conditione cui parere potuisset si voluisset
vt. ff. si quis obmis. cau. testam. l. Si quis.
Idem patet. C. de necessa. ser. here. insti. l.
fi. in qua videlicet lege dicitur. Qui heres
fuerit institutus et libertati donatus sub
conditione si conditionem neglexerit he-
reditate et libertate carebit. Sic de illis
quos deus fecit liberos et heredes celi di-
cens. Si volueritis et audieritis me bona
terre comedetis Esa. j. Et si custodieritis
mandata mea Deut. xix. Et diligas dñm
deū tuum et ambles in vijs eius. et de illis
quib⁹ dicitur in psal. Non custodierunt te-
stamentū dei et in lege eius noluerūt am-
bulare. Tertio rem emptā custodientes et
nō alios qui sunt in casu legis. ff. d. in diē
adiec. l. Quotiens. per quā si vendas mihi
rem aliquā pro decē. sic tamē qd tecum re-
maneat ad certus diem infra quē si inue-
neris qd debet tibi plus res fit inempta qd
ad me. Sic multi quos emit de⁹ ideo sunt
empti vt rem emptā. i. animā ppriam des-
berent custodire ad diē mortis infra quē
inveniunt hostes anime qui dederunt eis
lucrum vel delectationē magis eis placē-
tem. et vt verbis dei vtar precium meum co-
gitauerunt repellere vide legem huic be-
ne concordantes supra. a. xv. b.

Quantū ad tertius principale xps mo-
riēdo obligauit nos ad debitam gratitu-
dinis redditiones. ad congruā mortis sue
vindicationem et ad perpetuam hostis sui
expugnationes. Peimū patet per rationē
legis. ff. de obse. a liber. patro. debi. per to-
tus. vbi habetur qd libertus tenetur patro-
no qui ipsius fecit liberum in obsequijs re-
uerentis gratitudine que si non reddit li-
bertate priuatur. sicut patet supra. g. iij. c. et
d. ij. a. Grati igitur estote ei qui certamen
passionis sustinuit. Hebreorū. x. Secundū
etiam patet. ff. de iniur. l. j. §. Quotiens.
vbi habetur qd filius debet patris sui des-
functi iniurias propulsare et vindicare cō-
tra quod multi faciunt qui iniurias deo

factas nō vindicant in peccatoribus qui
deo iniuriantur supra. L. xxiij. capi. Vbi
habetur lex syleiana que vult qd nolens
iustis vijs mortem patris vindicare here-
ditate illius priuabitur. super qua ponat-
ur talis casus qd Bayus ricium mortife-
re vulnerauit. qui Ricium dum ex eovulne-
re in extremis laborat filium Baij interfe-
ctoris sui in filium adoptauit. et heredem
suum instituit. Queritur an iste filius sic
institutus debeat repelli ab hereditate ad-
optantis et instituentis. si non vindicet
necem eius patrem proprium accusando
Et videtur primo qd non. quia generaliter
in iure prohibitum est: ne filius patrē
suum accuset. sicut patet in authenticis. vt
cum de appellatione cognoscitur. §. Lau-
sas. col. viij. Et habetur etiam in glosa. ex-
tra de iureiuran. Quintavallis. et supra.
§. vij. A. Ergo videtur qd non sit ab here-
ditate repellendus. quia patrem propriū
non potest accusare. In oppositum vide-
tur esse predicta lex syleiana. Respondet-
tur sicut filius potest propriū patrem ac-
cusare in crimine commisso contra princi-
pem. vel contra rēpublicam. et nō in alijs
sicut patuit supra. §. vij. A. Ita ille quem
deus in filium adoptauit. et heredem celi
instituit potest. et debet patrem corrigere
et accusare in criminibus commissis con-
tra deum. et omnes alios iterum crucifigē-
tes filium dei. Hebreorū. vj. Qui de tali
patre dicit. Qui venit ad me: et non odit
patrem suum: et matrem non est me dign⁹
sicut patet supra. p. iij. l. Ergo sicut pre-
cipitur. primo. Machabeorū. ij. Vindi-
cate vindictam vel aliter hereditatem pa-
tris vestri dei pdes. Ex hoc sequitur ter-
tium. scilicet qd necesse est semper hostes
dei impugnare qui ad hoc omnes vocat in
psal. Quis consurget mihi aduersus mali-
gnantes etc. Ergo pugnate cum antiquo
serpente scientes qd deserens dominus su-
um in bello: et fugiens capite punitur su-
pra. Mach. xiiij. D. Sitis ergo fortes in bel-
lo. sicut docetur supra. §. ix. A. cum domi-
no deo nostro stantes et sustinentes tolerā-
tiam earum passionum. ij. Cor. j. Christo
igitur in carne passo. et vos eadem cogita-
tiōe armamini. j. Petri. iij. Cogitātes qd
multiplex et grauis fuit ei⁹ passio. vij. q. l.

57

no.

Paupertas

Suggestum. et extra de celebra. mis. Cum
Marte. et quod efficaciter et nobis utilis fuit in
veteri testamento figurata et prenucciata
de conse. di. ij. In calice. Et in cruce imple
ta. O inquit vos qui transitis per viam at
tendite et videte si est dolor sicut dolor me
us. Treno. j.

P. vi.

Paupertas est

triplex. Primo quedam vir
tuosa et meritoria. Secundo que
datur viciosa et demeritoria

Tertio quedam penosa et mediatoria.

Prima est bone voluntatis. Secunda est
peruerse necessitatis. Tertia est infantie et
simplicitatis.

In prima paup
tate deus vitam suam duxit dicens in psal.
Ego vero egenus et pauper sum et hanc ver
bo opere et exemplo dedicauit. xij. q. ij. Gloria.
iij. q. j. Expediit. Ergo hec paupertas est pa
cienter toleranda. misericorditer iuuanda
nullomodo crudeliter opprimenda. Ratio
tolerantie est bona propter finem. quod sicut ho
mines in terra guerre vel custodientes ci
uitates obsessam habent magnam penuriam
et paupertatem dum sunt ibi Et ideo impator
romanus vult quod tales qui patienter et stren
ue se habuerunt dum fuerunt potentes ad
sustinendum talia habeant quietem et deli
cias congruas cum fuerit veterani. C. de ve
tera. l. j. Ubi inter multa privilegia que tali
bus conceduntur. sic dicitur. Quiete post labores
perhenniter perfruantur. fisco que nostro epla
eadem promissum ut nullum omnino ex his inqui
retaret. sed sub seculi nostri ocio pace per
fruantur. hec ibi. Sic deus finaliter. sicut
dicitur Esa. xlix. Pauperum suorum miserebitur
ut requiescant a laboribus suis. Apoc. xiiij.
Viuant ergo tales patienter dicentes cum
Thobia. iij. Pauperem vitam gerimus habebimus
multa bona si timuerimus deum. Ratio
secundi quare. scilicet pauper est a potentiori mi
sericorditer iuuandus est bona propter exem
plum christi qui per illud quod sibi dabatur neces
sitates pauperum subleuabat. xxij. q. iij.
Duo. ante fi. et ideo deus pauperes esse vo
luit dei. Semper pauperes habebitis vobiscum
ut diuites in ipsis mererentur et sustentantes
per patientiam coronarentur di. xlvij. Sicut.
ex quo patet quod non solum est utilis iuuandi. sed etiam

sustinenti. quod sicut pius dominus potius intro
ducit et pascit pauperiores quos credit esse
meliores. ita deus in domum celi. Recte igitur
sicut aliquando predestinatio quo ad comodum ter
renum quod unus sit pauperior altero. quod ubi
est aliquid legatum pauperibus indistincte
inter illos distribuetur qui pauperiores in
ueniunt. C. de epi. et cleri. l. Illud quod pau
peribus. quod hoc faciendo plus ad volunta
tem accedit testatoris. Ita bona paupertas
semper predestinatio quo ad deum et celum quod dicitur Luc.
vj. Beati pauperes: quod vestrum est regnum ce
lorum. B. Ratio tertij quare. scilicet pauper
non est spoliandus nec grauandus est bona
quod dicitur lex quod non minus crudelis est qui a
paupere usuras exigit quam qui a diuite ra
pit. xiiij. q. iij. Quid: et cum pauper qui non potest
dare non solum contentus. sed etiam de veritate op
primis. xj. q. iij. Pauper potest autem egenus dupli
spoliari. aut grauari. directe quam ab eo qui
non habet quod habet offert ab eo Luc. xix. Et indi
recte quam illi opprimunt vel induratur vel
depauperant qui vellent pauperes iuuas
re et reuera qui ea capiunt quam pauperibus de
benit grauer delinquant. j. q. ij. Pastor. A
quo debito non sunt immunes qui domos re
ligiosorum et viros ecclesiasticos et alios ele
mosynarios tantum vexant et onerant quod non
possunt dare pauperibus quam vellent et debe
rent. Et caueant tales. quod multi illorum inci
dunt in casum legis. C. de mendican. vali.
l. j. li. xj. Que vult quod illi qui filant pauper
tatem vel debilitatem vel infirmitatem. ut pec
pian quod talibus dari consuevit cum sit super
deprehensus si liber est sub perpetuo colona
tu tradatur ut semper sit in paupertate et misere
ria. Sic deus ministrabit illis qui cum ha
bent satis vnde viuerent. vadunt in equis
et curribus ad loca ecclesiastica. quasi essent pau
peres cum non sint et presumunt bona pauperi
bus eroganda quod bona ecclesie sunt bona pau
perum. xij. q. ij. Indigne. de tali bene dicitur.
Proverb. xij. Melior est pauper sufficiens
sibi quam gloriosus et indiges pane. quod qui aliter
habere possunt grauer delinquant quod capiunt
vnde pauperes victuri erant. j. q. ij. pastor. quod
elemosyna est panis egenorum qui defraudat
illum vir sanguinum est. xxij. q. v. c. ij. Parcatur
ergo timore dei qui elegit pauperes in hoc
mundo. diuites autem in fide. Iaco. ij.

Et secunda autem. scilicet in viciosa pau

Pax

pertate est ois cupidus d qua dicit Gene.
 epla. ij. honesta res est leta paupertas. Il
 la vero paupertas no est si leta no est. cui cu
 paupertate bene couenit deū esse. Nam non
 q parū habet si qui plus cupit pauper est.
 Proverbio. xxx. Diuitias ⁊ mendicitatē ne
 dederis mihi. Ad lram cupidus hz vtrūqz
 ⁊ talis est pauperrimus qz sicut D. xiiij. A
 ostensus est q diues q vititur diuitijs suis
 est vsufructuarius rerū suarū capiēs fru
 ctum illarū ⁊ nō pprietatē. cupidus vero
 ⁊ auarus nec hz pprietatem diuitiarū sua
 rū nec vsufructum. Eccl. v. Qui amat di
 uitias fructum non capiet ex eis. ⁊ vbi alij
nica nō est securū qd quis confidat de speciali priuilegio. vbi pōt habere remedium per viam iuris cōmunis q̄ est tucior et facilioz. sicut patz. ff. de mino. l. Minor. vbi dicit qd minor appellans a snia debet pbare se minozē. etiā si ex negligentia non appellauerit. Idē p̄ extra de deci. c. Ad decimas li. vj. vbi dicit qd sufficit qd ille qd occupat decimas sufficienter pbet se iuste occupare. quia igitur i alijs negocijs eligit viam securiozē et leuiozē. idē faciat animā suam saluare non expectans: quoniam in nouissimo die aggrauata est via Esa. ix. Quia videtur esse contra p̄sumptionē iuris qd tunc quis bene peniteat. qz sicut cōfessio existentis in carcere et in penis nō ualz. ff. de questi. l. j. §. Diuus seuerus. nec testamentū. ff. de testa. l. Quia latro trombus. et ratio est bona. quia lex p̄sumit qd falsio q̄ vinculus facit si magis ppter timorem penarū vel vt aliud aliam uiam habeat de penis qd ppter ueritatem. et qd illis in quoz custodia est multa legaret metu ductus. et ideo iura uolūt qd nullus contractus ualeat quē incarcerationis facit inter ipsos et detrudentē seu participes detrudentis. ff. de eo qd me. cau. l. Qui in carcerē. Ita sepe cōtingit qd quicquid tarde penitens facit in carcerē infirmitatis siue confitendo siue testamentum condendo plus facit timore pene q̄ amore iusticie. et ideo sicut p̄dicta nō ualent qd ad mundū. ita nec ista quo ad deū qui intuetur Cor. j. Reg. xvj. Et ideo a tali q̄ a mortuo perit confessio. Eccli. xvij. Et posito qd a tali penitentia possit tunc fieri nō solum securius est. sed etiā iustius qd pri⁹ fiat. sicut patet p bonū casum supra. c. vij. b. Non sis igitur. sicut iudas qui tarde penitentia ductus retulit triginta argēteos et in fine laqueo se suspendit

¶ Tertium qd penitentia sera sit damnosa deficientibus. patet quia perdit celum sicut patet supra. a. xvj. b. et b. ij. b. et p̄pter plures causas. primo pacta cuz deo facta sub conditione celi habendi non ualent ppter quod deus agit contra illos actione ex stipulatu. in qua lege continetur dictū opponentis. et respondētis. Institu. de uerbo. obliga. in pnci. et ff. de uerbo. obliga. l. Et aut̄. Recte talis stipulatio ē inter deū

et hominē baptisatus in confessione. et pot
dici pactio seu stipulatio penalis. C. d. pa
ctis. l. Luz pponas. qz pactū nō tenēs pe
na puniet eterna. Sic et vos nisi pactū ser
uaueritis vel pñiam habueritis omīs vos
simul peribitis Luc. xiiij. ¶ Secun
do qz cōpulsus penitent ideo pdunt celi bñs
ficiū. sicut ille perdit beneficiū iure. qui
cōpulsus facit qd spōte facere deberet. vt
ff. ad se. p̄sul. trebellia. l. qz poterat. vbi ha
bet qz si istituas aliquē heredē tuū i fide
sua. vt post mortē ipse instituatur. filiū in
eadē hereditate cū venerit ad pubertatez
si hoc sponte fecerit ipse habebit p̄ fidei
tate. diligentia et custodia filij. quartā ptē
illi hereditatis per legē trebellianaz. Si
autē a pretore compulsus hoc faciat ipse p
dit portionē illā. Sic in pposito et ptz exē
plus ad hoc dis. lv. Si q̄s i egritudine. vbi
ille qui distulit baptismū vsqz ad infirmi
tatē si conualescit nō debet recipere ordi
nē sacerdotij. qz p̄sumitur qz fides ei nō
est ex voluntate sed ex necessitate. R

Tertio. qz mltā eos impediūt s̄m Aug.
de pe. di. viij. Qui autē nō potuerūt. vxor. s.
et filij mūdus et moribz ipm morientē vrge
bunt. pñia ergo non est ad mortē differen
da et reddit bonā rōnez. qz ralis aut vadit
ad purgatorij. et ibi sustinebit penā q̄ erit
multo grauior q̄ aliqua pñia mundi. aut
vadit ad infernū et ibi perpetue penā susti
nebit. Igit̄ stultus est qui illud temp̄ ex
pectat p̄ pñia agenda. Si tñ sero illā per
agat de forte ei dicere poterit Job. xxxij.
Inueni in quo tibi propitius.

P xiiij.

Penitentia falsa

Primo est penitentis inuti
liter afflictiva. Secdo turpiter
deceptiva. Tertio finaliter
damnatiua. Ad intellectus p̄mi
articuli. p̄mo oportet ostendere q̄ sit falsa
pñia. Secdo q̄re inutilit̄ afflictiva. Prīmū
ōndit dictū Innocē. ij. de pe. di. v. Fr̄s
nros. In quo ostendit̄ qz falsa pñia est q̄
agit de vno pctō et nō de reliquo. Itēz q̄n
nō recedit de officio qd sine culpa p̄nō nō
tenuit. et q̄n nō vult deserere pctā sua. Itē
q̄n nō remittit iniurias Itē q̄n res aliena
p̄ quā p̄tractū est pctm̄ non restituit. xiiij.

q. vj. Si res. Itē q̄n de pñia iam acta agi
tur pñia ita qz displicet alicui egisse penitē
tiam. xvij. q. iij. Sunt qui. Itē que s̄m
auctoritatē patrū iuxta qualitātē crimi
nū non imponit̄ de pe. di. v. Falsas. de ta
libus conquerit̄ dñs Diere. viij. Nō est q̄
agat pñiam de peccato suo. s. veram sicut
deberet. Illa igitur pñia quā tales agunt
inutiliter eos affligit. qz per illam non sal
uant. qz sicut corpus vulneratū non sana
tur nisi omēs plage mortales curent. Ita
nec anima et ptz. Oportet igit̄ agere penitē
tiam de omnibz peccatis per rationē les
gis. ff. de penit. l. Autē facta. vbi habet̄ qz
dicta facta et cōiucia et cōmnationes. fur
ta cedēs nephande. aduocationes. scripta
falsa. et famosi libelli et consilia puniri des
bent. Maiori rōne bene penitēs debet de
omnibz penitere. et hoc precipit̄ de pe. di.
j. Non pot. Aliter est in casu et periculo il
lus qui vulnerat et pace cū eo facta de il
lis vulneribus postea morit̄ de quo docto
res querunt. an heres defuncti possit vul
nerantes de morte patris accusare. Sen
ciunt qz non est satis securus nisi pax fue
rit facta. de plagis et de omni dāno quod
de illis sequi possit. qz licet actū sit de vul
nerato. nihil tñ est de occiso. ff. ad. l. aquil.
l. Si actio. et ff. de actio. et obliga. l. Qui se
ipsum. Et. ff. vi bono. rap. l. j. et ratio est bo
na. quia non pot̄ facere pacem de vna pla
ga nisi faciat de alia. qz aliter offerēs paz
cem esset̄ derisor. Ita nec de vno damno. et
ptz ad ppositum. Sicut oportet p̄dictum
pacē facere de toto malo ita cū deo: qz ali
ter deū puocat cōtra se. qz sicut vera pñia
venia p̄meret. ita falsa deū irritat de pe.
di. iij. §. perfecta in fi. et seipm̄ inutiliter af
fligit. quia dicit Criso. de pe. di. iij. §. Per
fecta. qz qui pctm̄ committit et plangit. sic
est quasi qui lauat laterem crudum quem
quāto plus lauat et abluat. tanto magis lu
tum facit. Et tñ qd dolendus est. videt̄ qz
maior pars peccatorū agat falsam pñiam
quā q̄ fuerūt ebriosi vel iuratores ante pe
nitentiā consequēter sunt et tales post. Et
ideo timendus est qz talibus peccatis que
minus ponderant̄ dyabolus plures aīas
lucetur. et multos quos nō pot̄ ducere ad
homicidiū et furtum et h̄mōi que homines
abhorrent. ducit ad talia quibus ridet et

Perseuerentia

Iudant. quando igitur talia confitent vel quando cogitant illa dimittere tunc sunt nimis instabiles tā cito recidivantes aut non pponunt et tunc falsas agunt penam quia vere penitēs debet pmittere se talia non facturū. vlt. xxij. q. ij. De viro. et xxij. q. vlt. Pessimā. et ij. Coz. vij. Que enī fm deum tristitia est penam in salutē stabilem operat. **B** Quantū ad scdm q talis penitentia sit turpiter deceptiva. pty quia nimis tarde ostendit privilegium sicut ille supra. b. j. a. et nimis tarde recusat iudicem. c. xix. c. **L** Quantū ad tertium q sit causa dānationis pty. quia sicut rector ecclie iuste vendicat eum qui vixit et mortuū est in parochia sua. vt. xij. q. j. Ecclias. sic dyabolus male viventes et moriētes. de quibus dicit Lyprianus di. vij. §. Nec autē. q cum in infirmitate aut periculo ceperint deprecari rogare illos nō dolentis penā. sed mortis urgentis amonitio compellit. et ideo nō saluat. pty supra l. v. d. Tempestive ergo sim. Jaciētes fundamentū penitē. Debreo. vj.

P xv. Perseuerentia in

P bono. Primo exigit verationē. Secūdo perficit operationem. Tertio accipit remunerationem. Primū debet esse voluntatis. Secūdū necessitatis. Tertium utilitatis.

A Quantū ad primū veratio voluntaria facit perseuerantiā boni operis deo placentem et laboranti fructiferā qm vnus quisqz ppriam mercedē recipiet fm propriū laborem. j. Coz. ij. Sup hoc q dicit pprium laborem pono casum possibilez q quidā pro certo salario quandā ciuitatez per annū regere pmisit. Vel q quidā magister eodē modo obligavit se ad legendū quibusdā scholaribz. Tandē ante finem anni vult aliū substituere ciuibz vel scholaribus non consentientibz et salariū petere. Querit vtrū dari debeat. Et ar. pmo q sic qz si sic dat certus tutor licz tutelā nō per se s per aliū amministret nō imputat cū ipse semet amministrare videat. ff. de amministra. tuto. l. Ita aut. §. gessisse. Itē si societatez cū aliquibz contraxi si oportet me abesse

possis aliū eque ydoneū substituere. ff. p soc. §. Ibidem. qz erat. Itē votū quo quis deo personaliter obligat pōt per aliū sup pleri. extra de vo. et vo. redēp. Licet. Item si locavi tibi domū vel ciuitatē et imminere bello velim aliā eque bonā tibi pōstare non potes iuste tradicere. ff. locati. l. Si quis domū. Cōtrariū pbat. qz si quis se ad domū edificandā vel nauē fabricandā pmiserit. s fideiussor velit adimplere nō pōt sentiente stipulatore nō liberat reus qui nō fecit qd pmisit. ff. de solu. l. Inter artifices. Itē per illuz stetit q min⁹ personaliter deseruaret. ergo salariū petere nō pōt. ff. loca. l. Qui opas. et l. Sed addes. Itē psonaliter pactū cū eo fecit. ergo ad alias psonas extēdere nō pōt nec extēdi dō. ff. d pac. l. q in duobz. §. psonale pactū. ex de transac. veniēs. pterea ep̄s nō pōt petere pcuratiōnez nisi psonaliter visitet. x. q. j. Relata. ex de censu. pcuratiōes. Dicūt iuriste q nō pōt petere salariū. vt. C. de cadu. tol. l. vna. §. Si vo tales. vbi dicit q si heredi vel legatario onus impositū fuerit discipline vt filios suos doceat. nō pōt illud per aliū adimplere. qz eligendo industria psonē nō vult q per aliū fiat. qz non videt sibi q p aliū eque bene fieri possit. ergo multi faciūt ptra testm̄ xpi. qz sicut dicit Actu. xx. Posuit vos regere eccliam dei quā acq̄siuit sanguine suo. illud volūt facere p alios. et nō pōt qui eque bñ adimpleri. Quia fm lincomien. officium cure pastoralis p̄sistit non solū in sacroz administratiōe et missaz celebratiōe et horaz canonicaz obseruatiōe qz opatiōes raro faciunt vt ptingit: s in veraci doctrina veritatis et vite in vicioz dānatiōe cū necesse est in dura et impiosa correptione: in rigida castigatione: in esurientiū refectiōe: in nudoz opatiōe: hospitū susceptiōe: infirmoz visitatiōe: qz opatiōes facere nō est in h̄mōi mediatoroz et mercenarioz facultate. qz vix possunt vitā ppriā sustentare. Aut ergo psonaliter gregē cōmissus custodiāt. Aut salariū recusent. Aut dure de eodē m̄debut de salario psonaliter accepto. et de cura q facta nō fuit exacta diligētia. Quis error possit esse iniustior. et plus contra rōnē qz q alimentū accipiat psonale p ouibz custodiendis et laborem non appo-

nat psonalē. nō est credendū q̄ apud deū
 tanta sit iniusticia ⁊ personarū acceptio
 q̄n vellet q̄ qui plus accipit ⁊ plus exigit
 p̄ ouīū custodia maiorē laborē apponerē
 Ad excusationē dispensationis n̄sum est
 supra. d. xij. per totū. ⁊ posito q̄ dispensa
 tio illa valeat quo ad eccliam militantes
 nō t̄n videt q̄ possit valere q̄ ad deū apd
 quē vnusquisq̄ ppriam mercedē recipiet
 fm̄ ppriū laborē. i. Coz. iij. Nec pōt face
 re deus q̄ tali reddat gloriā psonalem in
 celo. p̄ labore psonali quē non habuit cir
 ca ouīū custodia. Non igitur p̄nt resurge
 re in glia pastoz q̄ vnusquisq̄ resurget
 in ordine suo q̄n deus vocabit operarios
 ⁊ reddet illis mercedē. Matth. xx. dicens.
 Venite om̄es qui laboratis et
 onerati estis. ⁊ ego reficiā vos. sed vbi refi
 cient illi quib⁹ dicit. Ezech. xxxiij. Ne pa
 storib⁹ qui pascunt semetip̄os. Ad p̄posi
 tū si ille sit in tali periculo qui accipit cu
 rā alioz. ⁊ eos nō custodit p̄ se. sed p̄ alios
 in quanto piculo sunt illi qui capiūt deū
 custodiendū q̄n cōcantur. ⁊ vitas ⁊ aiām
 ppriam ⁊ nihil istoz perseueranter cōser
 uant. nec per laborē pprium nec alienum
 imo odio habēt volentem operari. circa h̄
 beatus igit̄ qui curā sui vel alterius habz
 ⁊ in illa vsq̄ ad mortē p̄seuerat. quia qui
 perseuerauerit vsq̄ in finē. hic salu⁹ erit.
 Matth. x. ⁊. vij. q. i. Suggestū. ⁊ de pe. di.
 ij. §. Querendū. B Et q̄ sic fiat est
 necessitatis quo ad scdm. qz fm̄ b̄tm̄ Gre
 gorii in mora. ⁊ habetur de pe. di. ij. §. in
 fi. Incassum bonū agit si ante vite termi
 nū deseratur. qz ⁊ ille frustravelociter cur
 rit qui anteq̄ perueniat ad methā deficit
 Vinc per moysen cauda hostie offerri iu
 bet. Leuitici. iij. ⁊. Exo. xxix. Ut om̄e opus
 qd̄ incipim⁹ perseueranti fine cōpleam⁹
 Ex q̄ ergo bonū opus nō pōt esse sine p̄se
 uerātia necesse est q̄ illa habeat in bono
 p̄posito seu opere incepto cōseruādo. xvj.
 q. i. Nos aut̄. ⁊ mala p̄terita ne redeāt sol
 licite cauēdo. de pe. di. ij. §. Querendum. ⁊
 tribulationes vsq̄ in finē sustinendo. vij.
 q. i. Suggestum est. quia retro post manū
 missaz ad aratrū respicit qui in bono cep
 to nō perseuerans ad ea reuertit̄ que reli
 quit de pe. di. ij. §. Querendū. ⁊ sicut dicit̄
 ibides. Multi sunt q̄ b̄n̄ incipiunt. ⁊ male

finiunt. non sic vos sed in disciplina per
 seuerateyt filij. Hebreo. xij. Qz hoc est val
 de vtile. L Quantū ad tertiū dicit
 deus. i. Paralipo. xxvij. Firmabo regnū
 ei⁹ si perseuerauerit facere precepta mea.
 ⁊ impluerit ea. ⁊ non aliter. quia sicut sti
 pendiu⁹ qd̄ p̄mittit militibus non debet
 solui eis nisi finita militia. C. de his q̄ nō
 exple. stipen. l. ij. Quia nihil creditur esse
 actum dum adhuc aliud super est agendū
 C. de his qui. vt indig. l. penultima. et ille
 plus delinquit qui interruptam causam
 dimittit q̄ qui nunq̄ ad illam peruenit.
 In autentico. de litigantibus. coll. viij. §.
 Omne. Que omnia lex dei confirmat. Ja
 cobi. ij. Si quis totam legem impluerit
 offendit autem in vno supple in perseue
 rantia factus est omnium reus. Quia a
 tempore quo quis renunciat alicui socie
 tati. ex tunc non erit socius lucri. ff. pro so
 cio. l. Et si socius. Bonum ergo facientes
 non deficiamus. tempore enim suo metes
 mus nō deficientes. Gal. vj. Et tali signo
 ostendamus nos esse voluntarios seruos
 dei. quia quod fit voluntarie perseuerat.
 quod aut̄ necessitate cito soluitur. de cons
 secre. distin. v. Quicquid.

P. xvi. Pietas valet ad

tria. Primo scilicet ad bona
 opera inchoanda Secundo
 ad crimina propria abluen
 da. Tertio ad delicta aliena punienda. et
 sic pietas ad omnia utilis est. j. Thymo.
 iij. A Primum patet. quia pietas
 est mater boni operis. xxi. q. ij. Si quelibet.
 Secundum etiam patet ibidem. Ubi
 habetur q̄ culpa purgatur pietate. exem
 plo obstetricum. Tertium ostendit Hiero
 nimus ad Riparium. Et habetur. xxij. q.
 viij. Legi. vbi dicitur q̄ nō est crudelitas
 crimina pro deo punire: sed pietas. et hoc
 ostendit exemplo Helye cū peccit̄t ignis
 descenderet de celo qui binos quinquage
 narios exussit. Et petri ananiam: ⁊ saphi
 ram trucidantis. ⁊ quorundam aliorum.
 vnde inquit in lege dicitur. Si frater tu
 us et amicus tuus et vxor que in sinu tuo
 dormit deprauare voluerit vitatem sint
 man⁹ tue super eos ⁊ effūdes sanguinem

8. p

possessio

impiorum. et Job. criso. xliij. q. viij. c. Occidit dicit quod phinees occidit hominem repertum cum meretrice. et reputatum est illi ad iusticiam. propterea ergo quod ex quo corrigere delinquentes sit actus iusticie et pietatis. Ideo apostolus illa duo coniungit. i. Thymo. vi. Sectare inquit iusticiam fidei pietateque charitate etc. Sed ista opera pietatis aliquid non incipiunt et aliquid incepta damabiliter derelinquunt propter tedia et labores que in eis inveniunt vel timent inuenire similes cuidam de quo casus ponitur possibilis quod vineam cuiusdam suscepit ad excolendam pro salario competentem. Qui parte mercedis accepta cum vineam colere inciperet inuenit multas labruscas. i. vites siluestres et spinas et vepres. quorum tedio affectus voluit illam deserere et salariam retinere. Queritur an recedens sit conueniendus et salario priuandus vel aliter puniendus. quia non tenet pactum. et videtur quod non. quia de labruscis et spinis non fuit actum nec cogitatum. sed de vinea fructifera. ergo ab hoc pacto non est recedendum. ff. de leg. l. Non aliter. Contra pascendo partem de vineis. et de ceteris arboribus pactus est ut pars pro toto ponatur. Ar. ff. in l. vroz. Item absque hoc vinee cultura nullam habebit utilitatem nec fructuum redditionem. Ideo illud est subintellectum. Ar. ad legem aquilia. l. Ergo. dicendum quod conueniendus est. ut pactum teneat nociua auferendo vel quod salariam reddat et puniatur eo quod pactum non tenuit. Sic de viris ecclesiasticis quibus deus tradidit vineam ecclesie excolendam. Matth. xx. Ite et vos in vineam meam qui mercede terrena. i. fructibus ecclesiarum perceptis propter tedia malorum etc. ut patet supra. d. xliij. c. Contra illud. xliij. q. viij. c. Quicumque propter pisces. Inquit Augustinus. malos recia non rumpantur vel ut sumptibus parcant vineam deserunt non residendo. Quid igitur faciet dominus vinee. Malos male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Matth. xxj. In quo iudicio ille non erit in minori periculo qui pro propria curam deberet vineam aie sue expurgare spinas in continentie malorum cogitationum tribulos inalarum passionum labruscas fetidarum temptationum vrticam omnium offensionum. hec omnia deberet euellere disperdere et dissipare virtu-

tes inserere. vites donorum plantare. ut fructus bonorum operum posset portare. ita quod veraciter dicere posset illud. Eccli. xliij. Ego quasi vitis fructificavi. quia omni habenti bonum usum virtutum et gratiarum fructum facienti dabitur amplior gratie fructus. ut fructum plus afferat. et qui non habet bonum usum bonorum dei illud quod videtur habere auferet ab eo et dabitur alteri facienti ex eo fructum. Luc. xix. Et debitum salarium in celo non dabitur ei secundum quod dicitur illis malis custodibus. Matth. xxj. Auferet inquit a vobis regnum dei et locabit vineam suam aliis cultoribus fructum facientibus ex ea. Igitur sicut precipitur. i. Thymo. iij. Exercere ad pietatem que respicit spiritualem natiuitatem sicut misericordia corporaliter. Nam pietas et misericordia numerantur tamquam diuersa in glo. super illud. i. Thymo. iij. Pietas ad omnia utilis est.

possessio rerum

temporalium. Primo est licita mundialibus cum veritate. Secundo illicita religiosis cum proprietate. Tertio iniusta malis acquiritoribus cum falsitate. **A** Primum patet quia layci iuste possident temporalia dum eis licite utantur. xij. q. i. Duo. i. fi. Exemplum de Job. Job. i. fuit possessio eius etc. Et labores suos bene possidendo habet qui non dominandi cupiditate. sed bene viuendi pietate possidet. xliij. q. viij. Quomodo enim. ergo qui econtra habet aliquod videtur male possidere. et hoc est quod dicit Augustinus. exp. xliij. q. iij. Quid dicam. male inquit possidet quod male utitur. et xliij. q. viij. c. i. vbi dicit quod iure diuino cuncta sunt iustorum. quia bona terrena conceduntur ad bonum usum non ad auaritiam nec ad abusum. xij. q. i. Duo. vbi dicitur quod nihil miserius est quam propter diuitias deum contemnere. Igitur peccator non bene possidet vitam propriam. nec corpus nec membra quibus male utitur vide supra. p. xj. b. Et eadem ratio est de auaro qui tenet bona dei contra voluntatem dei sicut patet supra. a. xx. a. r. a. xix. **B** Secundum patet quia licet inter religiosos in communi possidere non sit contra statum religionis et perfectionis. xij. q. i. Expedi. quia nimia paupertas religionis quamque in

fringit rigorem cōversationis. xij. q. ij. c. vl
ti. Lus iuda tamen cadit dānabiliter a sta
tu pfectionis q̄vsurpat pprietatem posses
sionis. xij. q. j. Exemplū. r. c. Lerte. r. c. Na
bebat. r. s. D. ij. c. Et ratio est bona. qz reli
giosi debent regi lege diuina que vult oia
esse cōmunia r nō humana qz lex humana
statuit meū r tuū. di. viij. Quo iure. r quia
pfectoz possessio nō est aurū nec hmōi sed
dñs deus est possessio eoz. xij. q. j. Cleric.
r duobus. c. sequē. Igitur sicut d̄r Prouer.
iij. Posside sapientiam. r nō habeatis pro
pria. Sz res quas in cōmuni possidetis fi
deliter despensetis. xij. q. j. Res. r. ij. c. seq.
qz in hoc vocati estis vt benedictiones he
reditate possideatis. j. Pet. ij. L

Tertiu insup patet qz nō licet rem alie
nam possidere dño inuito. ex de preca. c. j.
qz nō multū interest quo ad periculū inu
ste possidere r iniuste inuadere alienus. ex
de resti. spolia. sepe. r. xiiij. q. iij. Quid di
cam. habetur q̄ iniuste possident male ac
quisita r male detenta qz vbi res est male
acquisita licet sit diu occupata ab acq̄sito
re r a suis successoribus male fidei non tñ
est iuste possessa. qz bona fides non ad tra
ctum t̄pis sed ad initū possessionis refer
tur. xvj. q. iij. c. placuit. S. Potest. Talis igitur
qui sic possidet qd̄ alij iniuste acquisie
runt introibit in p̄genies patrum suoz r
vsqz in eternū nō videbit lumē. Lū p̄ncipi
pibus qui possident aux. Job. ij. Quia nō
dimittitur pctm̄ nisi restituatur ablatum.
xiiij. q. vj. Si res. vide glo. r diuturnitas
t̄pis nō alleviat pctm̄s auget. xxiiij. q. j. c.
Scisma. ex de plue. cū tanto. Et p̄scriptio
requirit bonā fidez: in p̄ncipio: medio r fi
ne. ex de p̄scriptio. Qm̄ omne. Sic ḡ intel
ligens gubernacula possidebit. Prouer. j.
P xvij.

Postulatio digna

27
P Primo a deo exauditur. Secū
do iusta a iusto iudico expedi
tur. Tertio iniusta ab vtroqz i
peditur. A Quantū ad p̄mū ille di
gne postulat illud quo indiget a deo q̄ iu
ste ei seruit r nō alijs. qz qui petit iusticiā
ab alio tenetur ei iusticiā reddere. ex d̄ mu
tu. petitio. c. j. r in ps. Clamauerūt iusti et
t̄ns exaudiuit eos. Opz q̄ postulet ad bo

nus finē nō vt voluptuose puerfetur. xxij.
q. ij. Sex differentie. exempluz de paulo.
vnde in ps. Postula a me r. c. qz postulatio
tam iuri q̄ gr̄e iuititur. ex de postu. Bone.
Nam p̄ces deo male oblate nō exaudiunt
di. l. Si quis p̄postera. Vide quō postula
tio alicui possit esse indigna deo quattu
oz modis. s. D. vij. c. B Quantum
ad sc̄m postulatio recipitur aliquādo p
aduocatione: aliquādo p̄ petitōe. iij. q. vij.
Infames. Et vtraqz p̄t eē iusta r iniusta
xxij. q. ij. Sex differentie. Si iusta ē a iu
sto iudice exaudienda est. Iniustaz nec de
us exaudit nec iudex audire debz quia pre
ces canonicē discipline p̄trarie nō sunt ex
audiende. di. l. Miroz. Ideo rescripta d̄be
rent habere hanc conditionē si p̄ces veri
tate vtantur. xv. q. ij. Rescripta. Et si alie
fuerint inpetrate irritantur ibidem dicen
ti. nam mendax p̄cator debet carere pie
tate. xv. q. ij. Rescripta. re postulatio vi
tiatur vbi postulatēs diffidūt de suo iure.
di. xvij. c. de syracusane. Postulet autē in
fide nihil hesitans. Jaco. j. Intret ergo do
mine postulatio mea in p̄spectu tuo ps. vi
de de ista materia. D. vij. quasi p̄ totū.

P xix.
Potestas huma

na debet p̄mo esse obediēs.
Secūdo subiecta ante domi
nū regēs. Tertio recta sanctū
populū timens r caute ante iudiciuz vlti
mus. A Quātum ad p̄mū quilibet
q̄tumcūqz potēs tenetur obedire deo: qz
imperator debz subesse potestati pape. di.
xcvj. Si imperator. r. c. Duo sunt. quia si
cut diuina antecedunt humana r celestia
terrena r spūs carnem sic antecedit ponti
ficalis potestas regalem. distin. x. Suscipi
tis. ergo maiori ratione tam papa q̄ im
peratores r reges tenētur obedire deo: qz
potestas dei p̄cedit omniū hoim potesta
tem. di. viij. Que contra. r quia nō habent
potentiam nisi deo iubente r permittente.
xxij. q. j. Quid culpatur i bello. Recte igitur
sicut ille qui est in potestate constitu
tus vult q̄ illi qui sunt sub eo obediāt ei.
ita ille tenetur obedire deo superiori suo. si
illi tenentur sibi obedire in licitis r hone
stis r nō in alijs. quia nullius potentia ex

37

Potestas

tendit se ad alia. quia posse peccare nō est posse. de pe. di. ij. Ante finē. sed potius est impotentie. quia hoc possumus qd de iure possumus. ij. q. j. Nos inqueqz. dist. l. Si qd. Qui igitur aliud p̄cipit assimilatur illi de quo scribit Seneca lib. iij. declamationē. declamatione quadā q̄ tantalus nō solus in corpore: sed etiam in corde erat egritudine irretitus q̄ a seruo suo petiuit venenū sibi dari. Sic adhuc multi sunt irretiti calamitate q̄ affectant spūalem toxicum animarum sicut quilibet qui optat diuitias. delicias. et honores cōtra deum et rationem. et hoc petit sibi dari quādo in p̄dictis v̄l in aliquo maleficio precipit alicui vt sibi prestet auxiliū vel fauorem cui nullus obediat. quia est contra legem ciuilem. ff. ad le. come. de ficijs. que prohibet venenū et contra legem canonicā. xj. q. iij. Qui resistit. vbi dicitur q̄ obedientia que nō licet est contēnenda et contra legem diuinā dicens. q̄ potius est deo obediendū q̄ hominibus. Actu. v. quia ipse est solus potēs de pe. dist. ij. circa finē. cuius potestati resistit q̄ eius ordinationi resistit. xj. q. iij. Qui resistit. Nō ergo sitis de illis. sed humiliāmini sub potenti manu. dei. j. pe. v. Dicenti q̄ oportet obedire magistro. respōdetur q̄ si obediat i illicitis nō est excusat⁹ corā deo. quia si ille qui est ad iudiciū terrenū citatus ad romam si non potest venire per mare propter defectum nauis vel aliud legitimum impedimentū si posset per terrā comparere non est excusatus imo p̄tūmax et inobediēs reputatur. ff. si quis cautio. l. Secula. Ita in p̄posito qui non potest in officio vel loco vel in potestate in qua est seruire nec ad eius vocationem ad celū venire. quia sunt multa impedimēta que ipsi faciunt extra vias celi ire non excusatur. quia posset illud deserere et venire p̄ alias vias et lex vult hoc que nō statuit aliquid contra posse humanū. dist. iij. Erit. et xij. q. vj. Si res. **B** Quantū ad secundum sicut oportet potentiam humanā esse subiectam quo ad deum. ita opz q̄ sit subiecta quo ad omnem hominem sic q̄ quilibet potestate sua iusta vtatur nō conuertendo eam in tyrānidē. xij. q. v. Neqz. sicut faciunt qui pro vanitatibus suis mantenendis capiunt subdictoz suoz bona

dicentes oia esse p̄ncipis sicut ps. s. f. j. **B** Contra illud qd legimus in Exo. et habet. xxiij. q. viij. Tributum. Qd rex egypti emit bona egyptioz. glo. et ita non sunt oia imperatoris. quia nemo potest rem suā emere. vt. ff. de contrahē. emptio. l. Sue rei. qz quod meuz est nō potest amplius esse meū vt. ff. de exceptio. rei iudi. l. et an eadem. s. Actiones. et ex de fi. instru. Interstet. repetendo eam contra ecclesias. quia potestas secularis non habet ius in spirituali. xxiij. q. viij. Tributum. vbi ponitur exemplū de pharaone rege egypti qui tempore famis nihil recipiebat a sacerdotibus. s; potius eis dedit necessaria. Et iustinianus imperator statuit tanq̄ edictū imperatoris q̄ clerici qui virtute alijs p̄minent in omni loco perpetua gauderent securitate. quia respub. magis augmentatur orationibus et officijs clericoz q̄ labore corporis v̄l sudore. Nota contra p̄ncipes qui clerum armatum ad bella ducunt: vtraqz enim potestas debet se mutuo iurare. xxiij. q. v. P̄ncipes. Militia in rebus bellicis ecclesiam et ecclesia militiam in orationibus. vnde fignanter dicitur. Luce. j. Fecit potentia in brachio suo. et tamen ratione p̄diorum ecclesiasticis persone tenentur potestatibus secularib⁹ obedire. xxiij. q. viij. Cōuenioz. **L** Quantū ad tertium timeat quilibet in potestate cōstitutus iudiciū vltimū qui tunc meretur potestates amittere qui concessa abutitur. xj. q. iij. P̄uilegiū. Per illum qui sepe ante ista tempora deposuit potentes de sede. Luce. j. per quem dicitur adhuc Sapien. vj. potentes potenter tormenta patientur. quia multi eorum vt dicitur. j. Regum. viij. receperunt munera et peruerterunt iudicium. quia omnes diligunt munera. Esa. j. In cuius cupide dilectiois signum nuper quidā mimus intrans conuiuū quesuit a quodam magno iusticiario seu iudice regis anglie. Iusticiarius q̄ pars. cui cum ille respondisset nomen. Nō inquit mimus est nomen sed participium. quia partem capit a diuite et partes a pauere partem ab vtroqz. Et quid inquit iusticiarius capit ab illis. Oues et boues. volucres et pisces et vniuersa pecora capi. oues et boues a diuite. volucres et pisces a pauere. vniuersa pecora campi ab vtroqz. sed

caueant illi quia sicut dicitur alibi de risu
 conuertentur in fletum quando iudicium du
 rissimum in his qui presunt fiet Sapiē. vj.
 quia sicut per accessionem secunde dignita
 tis prima incipit vacare de iure. ex de con
 cessione. preben. Luz nris. sic per adquisitio
 nem talium numerum vel talis terrene po
 testatis quam iniuste acquirat vel qua ma
 le vitur vacat et vacabit pro eo. prebenda
 vite eterne et ad magnum damnū illorum
 qui in breui hoc experientur. quia dicitur
 Eccli. x. Omnis potentatus breuis vita. qz
 viri sanguinū et dolosi nō dimidiabunt di
 es suos. tunc amici mundi plangent dicē
 tes quō cecidit potēs. j. Mach. ix.

Exp.

Redestinatiō pri

mo inchoatur dei ordinatio
 ne. Secundo adiunatur san
 ctorum deprecatione. Tertio
 consummatur propria operatioe. A
 primū patet. j. Corinth. ij. vbi apostolus
 de predestinatione loquēs dicit. Predesti
 nauit nos deus ante secula. et tamen prede
 stinatio non imponit necessitatē bene ope
 randi saluandis nec prescientia male agē
 di damnandis. et hoc ostenditur iure cano
 nico et civili. et diuino. Jus canonicum hoc
 ostendit. s. A. vj. c. et xxij. q. iij. Nabucho
 donosor. s. Elasis. vasis inquit ire August.
 nunquā deus reddet interitum nisi sponta
 neū inueniretur homo habere peccatus. qz
 nec deus peccati homini iuste inferret irā
 si homo ex predestinatione cecidisset in cul
 pam. Predestinatio enī dei siue ad bonū
 siue ad malum in omnibus operari sepi
 me dicitur vt ad vtrūqz quedā necessitas
 homines impellere videantur. Cum in bo
 nis voluntas sit intelligenda nō sine gra
 tia in malis autē voluntas sine gratia re
 gnante concupina. Cū ergo aliquos adeo
 suis desiderijs traditos aut obduratos eē
 legimus aut derelictos magis hoc pecca
 tis suis meruisse profiteremur. quia talia eo
 rum crimina pcesserunt vt ipsi penā debue
 rūt. glo. id est meruerūt. Sequit cito post.
 Aires itaqz iobedientie. id est gratie. ideo
 nō cuiqz subtrahit deus. quia eum nō pre
 destinauit. sed quia recessurū eum ab ipsa
 obediētia preuidit et infra. Si predestina

tio vel predestina dei falli nō potest neces
 sario eueniūt que predestinantur vel que
 psciuntur. glo. Oēs tales locutiones sunt
 duplices. Si deus puidit aliquid necessa
 rio fiet. quia hec dictio necessario determi
 nat totam consequētiam tunc est locutio
 vera et est sensus. hec consequētia est neces
 saria. Si deus puidit aliqd illud eueniet.
 Si autem hec dictio necessario determinat
 ipm psequēs tunc est falsa et est sensus. Si
 deus puidit aliquid illud euenire est neces
 sariū. Item est necessitas simplex vt neces
 se est oēs hoīes mori. xxij. q. iij. Nabucho
 donosor. et alia pditionalis cū quisambu
 lat necesse est eū ābulare et tñ ex libera vo
 luntate. ambulat sic ē in pposito et pz. vide
 legē ciuilem ad hoc. s. L. j. c. Hec pfirmat
 apls Phi. ij. Deus est q operat in nob vel
 le et pficere p bona volūtate oia aut faci
 te. Facite inqz pseuerāter ne bene viuēdo
 ad tps postea deficiatis vt sitis de illis q
 pdestinati sunt merito pntis iusticie et nō
 ad claritates lumis eterne. de pe. di. iij. s.
 Hoc igit. q delent de libro vite. Ibidem fi
 nis. vide. s. L. iij. d. sed sic viuatis q sitis
 de illis. Ro. viij. Quos pdestinauit hos et
 vocauit et quos vocauit hos et iustificauit.
 quos aut iustificauit hos et magnificauit.
 dando eis vitā eternā. B Scdm ptz
 p btm Grego. in li. dyalo. et hr. xxij. q. iij.
 Obtineri. vbi dicit q eaqz sancti viri effici
 unt vel ipetrāt fm glo. illa pdestinata sūt
 vt p cib obtineant. Cui pcordat Augu. de
 pe. di. j. s. Ex his ita. ptz etiā Luc. v. vbi hr
 q deus tres mortuos suscitauit. sed quar
 tū nō suscitauit imo ei dixit. de quo Mat.
 viij. Sine mortuos sepelire. mortuos sus
 os tu me sequere. vba aut Augu. sunt hec.
 Tres mortuos alioz oionib reddidit vite
 quartū vero discipulo nūciantē audiuit. s.
 quia defuerūt viri qui pro eo precarent su
 scitari nō meruit. L Tertius insup
 pz. j. Cor. iij. Dei inquit sumus adiutores.
 quia pdestinatio sanctorū p cib et pprijs
 meris adimplet. xxij. q. iij. obtineri. qz sic
 est a deo disposita. xxij. q. iij. Nabuchodo
 nosor. Est de deo et de sanctis et de nob in
 hoc casu sicut de societate mercantium.
 supra. p. v. s. sicut igitur dicitur Ephe. .
 pmo. Elegit nos in ipso ante mūdi consti
 tutionem vt essemus sancti et immaculati.

Predicatio

Et quia nescimus qui sunt predestinati vltimo debemus sic agere et alios corrigere ut simus omnes de predestinatis. quia ut dicit Aug. xxiij. q. iij. Nobuchodonosor. licet nemo possit saluari nisi predestinatus oī tamē delinquēti adhibēda est correctio sicut medicina adhibetur licet nesciatur an euadet

P xxj.

Predicatio Pri

mo est vtiliter formāda. Secundo diligenter audienda.

Tertio exemplariter ostēden

da. Primum pertinet ad predicatorem. Secundum ad auditorem. Tertium ad vtrūq.

A Quātum ad p̄mū quia sermo nō potest bene formari nisi habeat bonū formatorē. Primo ergo ostenditur qualis esse debeat qui predicabit. Secūdo qualis p̄dicationē suam formabit. Tertio quales mercedē deo expectabit. Quātum ad p̄mū qualitas p̄dicatoris multa exigit. primo personam: quia nec laycus nec religiosus nisi per episcopus vel papam licentia tus: nec mulier q̄stumcūq; docta et sancta debz p̄dicare. xvj. q. j. Adijcimus. et ex d̄ here. cū ex imerito. Secūdo intentionē rectā q̄ non p̄dicet p̄ncipaliter p̄o lucro vlt̄ laude terrena quia talis p̄dicatoris periculū p̄. j. q. ij. Sacerdos. vbi recitantur verba apostoli dicentis. Expedi mihi magi mori q̄ vt gloriam meam quis euacuet. glo. euacuari dicit gloriam suā quā habz apud deum si eis quibus p̄dicabat voluisset vite tp̄alis et laudis gratia p̄dicasse. Tertio vlt̄ mūdā ex verbis beati Grego. in registro et habent. viij. q. j. In scripturis. vbi habetur q̄ Esayas prius mūdā fuit ante q̄ officiu exercet p̄dicationis. quia s̄m beatum Greg. vbi p̄us et habet. j. q. j. Necesse est vt mūdā sit manus que diluere curat sordes alienas ne tacta queq; deteri inq̄net. Quarto: doctrinā sanā quia p̄us debet esse discipul⁹ q̄ doctor esse desideret vt possit docere qd̄ prius didicit. xvj. q. j. Si clericat⁹. et quia sicut habetur. viij. q. j. Oportet. Qd̄ ille q̄ docet et animas rudes instruit sit eruditus doctus irreprensibilis. maturus. pauidus. pbatus. Quinto loquelam veram quia vt p̄pter cultum xp̄i amplianduz nec propter aliud vlla debet

ratione mentiri. xxij. q. ij. per totum. Tals igitur sit p̄dicator ne dicat ei. Rom. ij. Qui p̄dicat nō furandum furaris etc.

B Quātum ad scdm p̄ncipale illius arti. qualiter sit formāda p̄dicatio q̄ ad vtilitatem auditorū sic q̄ nō habet difficultatem nec curiositatem sed soliditatem veritatis quia p̄dicatio que nō valet ab auditoribus intelligi nō est ad vtilitatem eorum sed ad suam ostentationem vt plura scire videatur. dist. xliij. Dispensatio. Ergo nō debet esse difficilis nec etiam debet esse curiosa. quia s̄m Augu. libro de cathezisā dis rudibus. et habetur di. xxxvij. Seducle. Maxime vtile est nosse. ita p̄ponendas esse verbi sententia vt preponatur animus corpori ex quo fit vt ita male debeāt veriores q̄ disertiores audire sermones. sic male debent prudentiores q̄ formosiores amicos habere. Nouerunt etiam nō esse voces ad aures dei nisi animi affectū. hec ibi j. Corinth. ij. Predicatio nostra non est in persuasibilibus humane sapientie verbis. Nec debet esse de fabulis nec de poetarū mendacijs. p̄ per beatum Greg. di. lxxxvj. Lum multa. vbi dure rephendit quēdam episcopus qui s̄m glo. recitauit in ecclesia fabulas Jouis et eas moraliter exponebat in p̄dicatione sua et ratio est bona. q̄ si pauci parabolas intelligunt multi tamen accipiunt corticem et spicam vacuam. ij. Thi motheū. iij. A veritate quidē auditū auertent ad fabulas autem cōuertentur.

L Quātum ad tertium punctus istius arti. qualem mercedē bonus p̄dicator expectabit potest directe et indirecte videri. Directe exemplo nūcioꝝ imperatoris quib⁹ debetur omnis reuerentia in terra. C. quādo prouocare nō est necesse. l. Omnem honores. Ita nuncijs celestis imperatoris in celo. Judith. vj. Deus patris nostrorū cui⁹ virtutem predicasti ipse tibi hanc vicissitudinem dabit. Indirecte ostenditur per periculum nō p̄dicantis de quo beatus Greg. di. xliij. Ephesys inquit. paulus dicit munde sunt manus mee a sanguine omniū vestrum nō enī subinterfugi quo minus annunciarē omne consilium vobis munde ergo ab eorū sanguine non esset si eis dei consilium nunciare noluisset. quia cum increpare delinquentes noluerit eos p̄cul

dubio tacendo pastor occidit. hec ibi. Eze. iiij. r. xxiiij. Si videris scilicet peccatum et non clamaueris: sanguinem. id est periculum peccati de manu tua requirā. Huic concordat canon sumptus ex verbis Augusti. lib. iij. contra manicheos. viij. q. i. Olim. sub tenore sequenti. Olim iussus est frater primi mortui fratris ducere uxorem ut non sibi sed illi suscitaret sobolem eiusque nomine vocaret quod inde nasceretur quod si recusaret minus pedis discalciatus conspui solebat in faciem. nunc evangelij quisque predicator ita debet in ecclesia laborare ut defuncto fratri. id est christo suscitaret ex uxore filios spirituales illius fratris qui pro nobis mortuus est et quod suscitatum fuerit nomen eius suscipiat ut a christo christianus dicatur. At vero qui electus ab ecclesia ministerium evangelisandi reuerentur ab ecclesia digne et merito contemnitur quod enim sibi prodest et ecclesie bene intelligitur utroque pede calciatus est iuxta illud quod scriptum est: tiosi pedes evangelisantium pacem evangelisantium bona. Esa. liij. Qui autem curam aliorum curandorum refugit discalciati istius figuram non solum significat sed in se impletum portat opprobrium. hec ibi. Dicat igitur ve mihi si non evangelisauero. i. Corinth. ix. Eunctis igitur audientibus predicat. Iudicium viij. et clama ne cesses. Esa. ix. **D** Quatum ad secundum quod predicatio sit reuerenter audienda pars quia non minus reus est qui verbum dei negligenter audierit quam qui corpus christi in terram cadere permiserit. i. q. i. Interrogo. et addit Augustus. ibidem. Quanta inquit sollicitudine obseruamus quando nobis corpus christi ministratur ut nihil ex ipso de manibus nostris ad terram cadat tanta obseruamus verbum dei. et gloria reddit rationem quia predicatio plures conuertit et plus facit compungi homines. ita ut omnia peccata mortalia tollantur sed per corpus christi tantum venialia tolluntur. de pe. di. ij. Iteratur. patet ergo quod verbum dei non est contemnendum nec contemptoribus ostendendum quia margarite non sunt dissipande ante porcos. di. xliij. In mandatis. Sed hinc videtur valde contrarium quod christus predicauit illis quos sciuit non esse credituros. sed derisuros qui tibi dixit Matthe. xj. Ne tibi bethsaida ve tibi corozaim quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis

olim. in cilitio et cinere penitentiam egissent Stultus enim agricola diceret qui semina ret terram sterilem dimissa terra fecunda. Istam materiam tractat Augustus. et habetur xxij. q. iij. de tyrijs inquit et sydonijs quid aliud possumus dicere quam non datum esse eis ut crederent gloria. parte domino sed postea crediderunt ad predicationem apostolorum. Johā. vero crisosto. dicit ideo factum esse quia et si tyrij et sydonij credituri erant tamen postea erant a fide recessuri quare pepercit eis. alijs autem predicauit ut essent inexcusabiles quibus predicabat ut penitentiam agerent. Marci. vj. **E** Quatum ad tertium quod opus predicantem prebere bona exempla ut bona opera ostendant veritatem predicationis patet super. E. xj. a. et quia vitiosus non potest audacter predicare et condemnare secundum legem. ff. ad le. iij. de adulteris. l. si uxor. §. Iudex. sub his verbis iudex adulterij ante oculos habere debet an maritus pudice viuens mulieris bonos mores colendi actor fuerit verum autem iniustum videtur esse ut pudicitiam vir ab uxore erigat quam ipse non exhibeat. hec ibi. applicatio pars. vi de. s. Mat. ix. E. ubi vir adulterans grauius punitur quam mulier. Cui concordat alia lex ff. si seruitus vendicetur. l. Altius. ubi habetur quod sicut tutor tenetur custodire edes pupilli ne quis altius extollendo edificia lumen eius impediatur. ita debet vir cauere ne ipsemet hoc faciat sub his verbis quod quod alium ex officio prohibere necesse habuit facientes id ipsum facere non debuit. Sic in proposito exemplo apostoli. Castigo corpus meum. et in seruitutem redigo ne cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar. i. Corinth. ix. et iohānis baptiste de quo Mat. iij. Venit iohānes predicans et dicens penitentiam agite quas ipse agebat. quia sequitur ibi. Erat vestimentus eius de pilis camelorum esca autem eius erat locusta et mel siluestre. quia secundum Hieronimum super micheam et ponitur. di. xxxv. Ecclesie. Inconuenienter pauperem christum predicat qui pingui ventre et rubentibus buccis annunciat sicut docet Gene. xcix. epla. discamus ut que fuerint verba sint et opera. quia predicatio bene et male viuendo deum instruit qualiter ipsum punire debeat. di. xl. Multi. quando deus dicet ei Roma. ij. Qui predicat non

Prælatio

mechandum mecharis. Ex ore enim tuo te iudico serue nequã. Luce. xix. Quod etiam oportet audientem et quęcumq; bonũ xp̄ia nã prebere bona exempla patet sup. E. xj. per totum. Sic ergo predicauim⁹ et sic credidistis. j. Corinth. xv.

P xxij.

Relatio Primo

P est fructuosa statum suũ tenentibus. Secundo dãnosa deficientibus. Tertio periculosa sub eis uiuentibus. **A** Quantũ ad primũ multa faciunt statum prelatore meritozũ et fructuosum. quia multa bona pertinent ad vitam boni plati per que p̄t in presenti gratia et in futuro gloria acquiri. Quorum primũ est uite munditia q̄ uiuat munde sine omni peccato mortali. quia sicut superbia et auaritia in ipsis ceteris reprobatur. distin. xxiij. Diaconi sunt. in me. Ita luxuria et omnia alia crimina que quibet xp̄ianus tenetur vitare et absurdus est prelatum esse peiozem in populo. j. q. j. Elissimus et ordo mutatur si quid inuenitur in corpore qd non inuenitur in capite. di. lxj. Miramur. pphete nãq; reputauerũt incõueniens q̄ plat⁹ esset sicut subdit⁹ dicentes Esa. xxiiij. et Osee. iij. Sicut ppl̄s. ita et sacerdos. Nec mirum quia prelati debent esse duces gregis et pastores. vii. q. j. sciscitaris. et uita pastoris debet esse exemplaris subditis. ij. q. vii. cuz pastoris. quia uita eorum debet esse mudiõr et uirtuosior igitur magnũ incõueniens est q̄ sit peioz quia languẽte pastore grex insidiantibus lanandus exponitur. vii. q. j. q̄uis. Secundum est custodie diligentia. vii. q. j. In sc̄pturis. sic uidelicet q̄ sit corrector. delinquentiũ et hoc non ex uindicta. dist. lxxvj. c. Si quid. et c. seq. Adiutor indigentũ. di. xlv. Recedite. et di. lxxvj. Fr̄z. Ike conciliator discordantiũ. dist. xxviii. c. j. et c. studendũ. Exorator omniũ per Hiero. super leuiticũ. et habetur. di. xxxvj. Si quis. oportet precipue platum esse intentũ orationi. quia prelatorũ bonozum orationes deus facilius exaudit. j. q. j. Episcopi. et qz non solus pro se sed et pro subditis tenetur

orare exemplum de moyse quo eleuãte manus pro populo pupulus vincebat quo d̄primente pupulus vincebatur. Exod. xvij. ostendens q̄ integritas et sanctitas prelatorũ salus est subditoz. di. lxj. Miramur. Sic ergo platus debet in cõuersatione et sermone preire. vii. q. j. Qualis. et in litteratura. di. xxxvj. Qui ecclesiasticũ. et in sanctitate. qz incõgrue sanctorũ locum tenet qui facta sanctorũ nõ imitatur. dist. xl. non est. qd si fecerit ip̄e erit magni meriti sicut dicit ap̄tus. Ille platus est maior q̄ uita e superior. ij. q. vii. Paulus. quia nihil i hac uita laboriosius nec apud deũ gratiosius q̄ esse bonũ prelatũ. di. xl. Ante. et di. xcvi. Duo. Sit ergo platus sectator illius q̄ dicit. Johan. x. Ego sum pastor bonus.

B Quãtum ad scdm multa puncta faciunt statum plati mortiferũ et dãnosiũ quoz primũ est malus ingressus. secundus peioz progressus. et tertiu pessimus egressus et est congruũ consequẽs ad duo antecedentia. Quantum ad primũ plura genera hominũ sunt qui habent malum ingressum ad beneficia ecclesiastica. Primo symoniaci qui nõ intrant in ouile ouiluz sed ascendunt aliunde per portam symonis cesaris. uel demonis. s. v. vi. a. Secundo qui promouentur ratione sanguinis. quia nõ consanguinitas sed uite et scientie bonitas est in promotione attendenda. vii. q. j. Licet. et c. sequenti. Tertio ut habeat unde uiuat. nã talis ut scribitur. j. q. ij. Pastor. nõ sine grandi periculo accipit unde paup̄ uicturus erat de clericis dicit spiritus sanct⁹ Ezech. vlti. peccata populi mei comedẽt. huic etiaz p̄cordat illud Hiero. ad damas. papam. j. q. ij. clericos. Illos inquit conuenit ecclesie stipendijs sustentari quib⁹ parentum et proximoz nulla suffragant bona. Qui aut bonis parentũ et opibus sustentari possunt si qd pauperũ e accipiunt sacri legiũ p̄fecto cõmittunt et per abusione talium iudicij sibi manducant et bibunt. q̄ ecclesiaz quã de pprijs facultatibus uiuare deberent suis expensis grauant. j. q. ij. Si quis. Quarto importune se ingerẽtes illicite habent. qz beneficium ecclesiasticũ nõ est auide accipiendũ. xvi. q. j. Nos. Et ambitiosus ad plationem etiaz si sanctus sit reprobatur. j. q. ij. Si quis. j. q. j. Princi

2ip.

patius. et rationem bonam reddit prosper de
vita contemplatiua. et habetur. i. q. ij. Si quis.
vt quid accipit unde rationem reddat vt quod
peccatis alienis sua multiplicat nesciens
purgatio anime per lachrymas que fit
in confessione sit multo periculosior quam cor-
poris. Quomodo tales reddent districtio-
nem rationem quam alij potest videri per ra-
tionem legis. Instir. de obliga. ex quasi co-
tra. §. sicut autem. Sicut inquit is qui vtiliter
gessit negotia habet obligatum dominus
negotiorum. sic e converso is quoque tenetur
vt administrationis rationem reddat quo ca-
su ad acutissimam diligentiam compellitur
reddere rationem nec sufficit talem dilige-
tiam adhibere qualem suis rebus adhibere
solet: si non diligentior comodius ami-
nistraturus esset negotia. hec ibi. Talis enim
plus intendit commodum proprium. sicut
D. xv. B. et ideo est mercenarius. vide. §. O
vii. c. quia prelati non diligens deus sed
temporale lucrum mercenarius est. viii. q.
i. sunt. Et qui videns lupum deserit oves.
vii. q. i. Adversitas. talibus dicit xps. Mat
thei. v. Receperunt mercedem suam. vide
B. vi. qui intentionem sinistram habentes
sicut ille qui recipit beneficium et intendit
recipere ordines ad beneficium illud requi-
sitos qui omnes fructus pertinentes ad illud
beneficium male recipit. extra de electio. co-
missa. in. vi. vide Johānem andree ibi. unde
de Luce. xj. Si oculus tuus nequas fuerit
totum corpus tuum tenebrosum erit.

Secundo habet peiorem progres-
sum primo quia qui male vivit potius est
dicendus canis impudicus quam prelati. ij.
q. vii. Qui nec. Secundo quia oves non cu-
stodit sup. L. xxiii. a. Quorum periculum
patet sup. D. xiiij. b. et per duas bonas que-
stiones. p. xv. A. et p. xvj. per totum. Nec
possunt oves personaliter custodire. quia
non sunt cum eis residentes. Igitur sunt
mali tutores pupillorum dei. quia ille non
iudicatur idoneus tutor pupilli mundi qui
est surdus et mutus imo talis prohibetur es-
se tutor. ff. de tute. l. j. Quia a surdo pupil-
lus non potest audiri nec a muto informa-
ri. Et patet de pastoribus absentibus pa-
scentibus semetipsos. Ezech. xxiii. contra
quos est illud summi pastoris. Jo. x. Oves
mee vocem meam audiunt. nec excusantur

volentes recipere commodum sed non labo-
rem. dimittentes mercenarios loco suo. quia
ex quo habent emolumentum debent ibi esse
Institu. de legitima patronorum tutela. §.
vlti. Nec valet quod habent licentiam non re-
sidendi. quia illam viis et modis indebitis
extorquent. et ideo de toto damno quod ex
ipsa absentia contingit respondebunt. sup
D. xiiij. b. Et de omni defectu et insufficien-
tia sacerdotum quos sub se habent per les-
gem sup. M. ij. L. et ff. de magistra. conue-
nien. l. Si curatores. vbi sic scribitur. Si cu-
ratores fuerint minus idonei dati dicen-
dum est teneri magistratus oportere. et pa-
rus infra. Magistratibus imputatur si in-
sufficiens tutor vel curator datus sit. Sic
de prelati et de illis quos faciunt tutores
pupillorum. quid si plures magistrat⁹ fue-
rint in culpa predicta pupillus potest age-
re contra quemlibet illorum ac si vnus ma-
gistratus esset. Sic deus in die iudicii lo-
co pupilli cui dicitur in ps. pupillo tu eris
adiutor ager contra supremos ecclesie pre-
sidentes et contra omnes alios qui curam
habent animarum. quia omnes promise-
runt rem pupilli saluam fore. Item ibidem.
l. Proponebatur. vituperatur et de damno
tenetur qui contutorem suum non accusat
cum sciret eum minus idoneum. sic in pro-
posito et patet applicatio. Vide quomodo
prelati sunt in periculo in hoc casu in quo
dimittunt insufficientes loco eorum. sup
B. ij. A. quia lex iudicat ad paria male fie-
ri et non fieri. ff. qui satisfac. cogun. l. Quo-
tiens. vbi habetur quod vbi vitiose actum est
nihil videtur esse actum. verbi gratia. Ali-
quis vocatur in iudicium vt exhibeat fide-
iussores qui seruum deducit qui sine leges
fideiussor esse non potest pretendens ipm
liberum esse postea detecto quod seruus est
et fuit exhibitus. pro non exhibitio habetur
Sic in proposito de exhibente seruum dia-
boli dicente quod nescit ipsum esse talem. Re-
spondetur. ff. de testi. l. Testium. Dicens tu
magis scire potes. si supple vis conditio-
nes illius perscrutari. et ideo ignorantia non
excusat te. D Tercio habet peio-
rem egressum. quia bona ecclesie male ex-
pendit contra leges ecclesiasticas. xij. q. v.
Fixam. et xij. q. ij. c. j. vbi sic scribitur. Plas-
cuit vt episcopi vel presbyteri vel dyaconi

Prelatio

cut. et ideo seruoze passiōis pressus si quis
venerit nisi post ratum habeat nō tenebit
xvi. q. j. Consaldus. Si etiam sacerdos tē
pore insanie aliquē occidit licet q̄tum ad
culpam innocens sit: ab executione tamen
officij abstinebit. xv. q. j. Si quis nō irat?
et xv. q. j. Si quis nō. et di. xxxij. Maritū.
vbi dicitur q̄ amētia impedit p̄mouendū
q̄tomagis qui insanus ē per peccata deo
dicente. Deutero. xxxij. Reddam vltionē
et nō p̄motionem hostibus meis. L

Quātum ad tertium necessarium est q̄ etiā
homo ratioabiliter se habeat ad primum
suū per rōnem. quia lex est qd̄ rōne cōstat
dist. j. est consuetudo. per quā ille qui plus
deū timet et diligit per primā partē ratio
nis et bene regit seipm p̄ scdā partē et be
ne se habet ad primū. p̄ tertiam omne ma
lum in seipso et in primo q̄tus sui interest
extirpando. quia qd̄ caret rōne necesse est
extirpari et euelli. dist. lxxvij. Corepiscopi.
melius remunerabitur in celo per rationē
legis. ff. de quo. qui se. testamē. in hūc mo.
Si vxor mea que nūc est pregnans habue
rit filium volo q̄ filius habeat duas me
diates bonorum meoz et vxor tertiam. si
filiam habuerit vxor habebit duas partes
filia tertiam. Accidit q̄ habuit filium et fi
liaz post mortem mariti fuit magna alter
catio inter sapientes de isto testamento q̄
finaliter iudicauerunt q̄ bona diuiderent
in septem partes et q̄ filius haberet quat
tuor partes vxor duas et filia vnam. quia

ctoꝝ. xiiij. q. v. Immolans. dicens q̄ obla-
tio ex iniquo est maculata ⁊ dona in quo-
rum nō probat altissim⁹ nec respicit in ob-
lationibus iniquoꝝ nec in multitudine sa-
crificioꝝ eorum ꝑꝑiciabitur ꝑctis. Item
ibidem idem. c. Nolite. Nolite inquit ele-
mosynas facere d̄ fenore ⁊ vsuris ⁊ postre-
mo respondetur huic Prover. xi. Alij diui-
dūt ꝑꝑria ⁊ ditiores fiunt. Alij rapiūt nō
sua ⁊ semp̄ in egestate sunt. quia illa expē-
dunt cum alioꝝ iniuria ⁊ dei maledictioe
quia si hoc verū sit de his non est dubium
quin peius erit his qui aliena rapientes
dissipant in superfluitatibus ⁊ vanitatib⁹
sicut ille qui dissipauit substantiam suam
uiuendo luxuriose. Luce. xv. **D** Isti
rum excusatioe in iudicio tanq̄ inualida
reiecta. spoliata prius restituentur ⁊ post
ea spoliatores dānabuntur prius. nāq̄ be-
nedicti vocabuntur. Venite benedicti ⁊c.
Matth. xxv. q̄ maledicti in ignem eternū
ꝑꝑicientur ꝑ iudiciū dei dicentis. Ite
maledicti. Et ratio bona est ⁊ concordans
iuri canonico ꝑ quod qui spoliatur reb⁹
vel beneficio suo ab aduersario suo ante li-
tis ingressum restituitur. quia spoliat⁹ an-
te omnia debet poni in possessione. ij. q. ij.
ꝑꝑ totum. ⁊. ij. q. j. Episcopis. Item spo-
liatus a iudice non suo statim restituitur.
ij. q. vj. Hoc quippe. sed sic sūt illi frequē-
ter ⁊ posito q̄ sint spoliati a iudicibus scz
illis Deutero. xxxij. Inimici nostri sunt iu-
dices adhuc restituentur ad celum. qz ꝑꝑ
appellauerūt ad deum quia appellans an-
te spoliationem factam ꝑ suū iudices ad
omnia restituitur. ij. q. vj. Appellationem.
vide sup. A. xvj. a. Item in vita ista raptor
est quasi actor qui multa mala agit cōtra
simplices ⁊ multas probationes falsi ꝑꝑ
ducunt contra fideles in quibus tunc defi-
cient ⁊ actore nō probante sed deficiente
reus debet absolui. extra de cā possessio. ⁊
ꝑꝑrieta. Cum ecclesia. Ezech. xxxij. Libe-
rabo gregem meū de ore eorum ⁊ nō erit
eis vltra in escam. sic erit tunc. quia nūc si-
cut dicitur Esa. ij. Rapina pauperum in
domo vestra. Ideo diabolus rapiet eos et
implebitur in eis illud. Esa. xxxij. Ne qui
predaris nonne predaberis cum desieris
predari ꝑꝑaberis. Exemplus de illo qui di-
xit Iudiciū. j. Sicut fecit ita reddidit mihi

domin⁹. Istis igitur spoliatis de rebus et
restitutis a deo cuz oī causa damni dati ꝑ
interdictū. ff. vñvi. vel de possessione nobi-
li ꝑꝑ interdictū vi raptorū bonoꝝ. **E**
Sequitur raptorū iusta damnatio cum
participibus suis. Illoꝝ vero damnatio ē
duplex vna terrena. quia raptor est infā-
mis. ij. q. iij. Consanguineoꝝ. ⁊ hoc iuste
quia raptor dicitur alterius fame depꝑa-
uatoꝝ ⁊ est peior q̄ fur. xiiij. q. v. Penale.
Qui igitur alioꝝ famam rapit iustum
est q̄ suam perdat vt in quo peccauit ꝑꝑ-
niatur. Sapien. xi. Tum quia raptor bono-
rum viuozum ⁊ nauigantiū est excōmuni-
candus. extra de rpto. c. j. ⁊ c. Excōmuni-
cationi. vbi dicuntur excōicati. vide. s. d.
xiiij. a. ⁊. ij. c. Participes etiam illoꝝ
ad quozum manus ab eis male acquisita
venerunt habent. damnationes terrenam
iuxta illud Job. xx. hec est pars hominis im-
ꝑij a deo ⁊ hereditas violentoꝝ quē ab
omni potente suscipient ⁊c. ⁊ Sapiē. iij.
Adulterine plantationes non dabunt ra-
dices altas nec stabile fundamentum col-
locabunt. damnatio etiam eterna tam ꝑꝑ-
cipalium q̄ consentientiuꝝ est iusta ꝑꝑ le-
gem. ff. de heredi. vel actio. vendica. l. Ven-
ditoꝝ. s. Non enim. que vult q̄ emptoꝝ he-
reditatis nō solum habeat illud quod ven-
ditoꝝ tenuit. scz quando vendidit sed etiaz
quod ad heredem eius ꝑꝑuenit de illa he-
reditate ꝑꝑ mortem venditoꝝ. Sic dia-
bolus non tantū vendicat venditoꝝ sui
ipsius ꝑꝑ malo acquisito nec lucra nec des-
lectiones que ei ꝑꝑuenerunt dum vixit
ꝑꝑstq̄ se ei vendidit cum illis. j. Mach. j.
vñdati sunt vt facerent malum. sed etiaz
vendicat omnes qui illud ꝑꝑtea tenuerūt
quia sicut emit illud ꝑꝑ re quā male acq̄-
siuit ita alius ꝑꝑ eadem re male detenta
⁊ sic. introibit vsq̄ in progenies patrum
suozum ⁊ vsq̄ in eternum non videbit lus-
men in ꝑꝑsal. scilz in inferno. ⁊ sic Eccli. xx.
Perditionem ambo hereditabunt. ergo ra-
pinas nolite concupiscere. quia omnis vio-
lenta ꝑꝑdatio cū tumultu. ⁊ infra. erit in
combustionem ⁊ cibus ignis. Esa. ix. vide
sup. A. ix. A. ⁊. B. ⁊. F. xi. ⁊. ij. ꝑꝑ totū.

Recidivum Primum

est deo iniuriosum cuius peccatum frangens contra ipsius committit falsitatem. Secundo est recidivanti damnosus quod sepius cadens maiorem incurrit debilitatem. Tertio est primo scandalosum qui illud in alio videns peccandi accipit levitatem. **A** Quatum ad primum conditio recidivantis est falsaria dei omnipotentis. proditoria miseri recidivantis. incostans in omnibus vijs peregrinentis vel negligens in fuga inimici persecutis. quod quando confitebatur de peccato suo si non intendebat radicatus. et ex toto corde dimittere peccatum fuit falsus deo cui se nequit humiliavit et proditor sui non solum tradendo sed permittendo seipsum in manus hostis sui mortalis. Sicut ille quem rex ducit ad bellum ut pugnet pro statu utriusque si vere intendebat et non stetit est instabilis vel negligens et inconsideratus. quia non fugit loca ubi capi potuit. nullus istorum prius bene fugiebat de carcere diaboli. quia dicit lex. ff. de capt. et post liminio reuersis l. Nihil interest. quod non satis est domi corpore redisse si mente alienus est. loquitur namque de tali falso proditore qui est in bello ab hostibus captus et postea per interlocutionem vel redemptionem redit domum corpore sed mente tanquam proditor remanet in hostibus. Non enim hostium fugit limites quod eis redire intendebat vel qui remansit ubi ab eis capi potuit. Necessesse est igitur ut fugiat oportunitatem societatem et locum in quo prius peccavit ut dicit decretum. di. lxxj. valet. et xv. q. j. Mulier. ne memoria factis refutetur. et officium vel negotium quod prius sine periurio et falsitate vel alio peccato non tenuit. unde Grego. in omel. et habetur de pe. di. v. Negocium. Sunt inquit pleraque negotia que sine peccato: aut vix aut nullatenus exhiberi possunt. que igitur ad peccatum implicent ad hec necessesse est ut post conversionem animi non recurrat. et hec sunt confitenti iniungenda. quia cum magna discretione et consilio lapsi sunt restituendi. di. l. de eo tamen. quod sicut dicitur Eccli. xxxij. Qui baptisatur. id est munda tur a mortuo. id est a peccato mortali et iterum

tangit mortuum quid proficit lauatio eius. Et tales non sunt vere penitentes qui recidivant. quia secundum Grego. Penitentia est perpetrata mala plangere. et plangenda non perpetrare. vide quod dicitur proditor. s. p. xij. e

B Quatum ad secundum quod ipsa recidivatio sit recidivanti damnosa per multis vijs. Primo quia est de bono statu redit ad malum. de pe. dist. ij. per totum. Secundo quia perdit animam sicut desertor qui militiam impotens deserit et de exercitu fugit si in urbe inveniatur capite puniri debet. ff. de re milita. l. Non ois. et c. de deser. Sic iste animam. Tertio quia amittit celum quia est sicut ille qui manum mittit ad aratrum respiciens retro. de pe. di. ij. s. Querendum. qui non est aptus regno celorum. vide sup. B. iij. c. Nec mirum quod sic punitur sicut qui post votum castitatis recidivat vel religionis eo quod sacrilegium committit. di. xxvij. de his. Etiam incestum di. xxvij. Virgines. et puniuntur quia sunt loci furum. Esa. j. et Zachari. v. **L**

Quantum ad tertium recidivum unius est causa ruine alterius quem secum recidivare facit et ei quez audaciorum ad peccandum facit suo malo exemplo. quia sicut vno excommunicato multi quandoque excommunicantur ei communicantes sic in proposito. Nam recidivans est coram deo excommunicatus sicut ps. s. A. v. c. et A. xvij. c. et F. x. B. et L. vij. b. Ex quod tot mala concurrunt ex recidivo. qui est in statu gratie teneat se ibi. quia parum valet in possessione mitti nisi in eadem custodiatur. ut. ff. ne vis si. ei quod in possessio. mitti. l. j. et quia periculosum est quod quis renunciet iuri suo. extra de renuncia. In presentia. et turpe est quod aliquis dimittat diabolum ludere secum sicut catus ludit cum muire. et damnosum quod permittit se excecari. et stultitia quod excecatus non vult statim laborare ut visum recuperet rationis. Talis assimilatur cuidam ceco de quo fertur quod cum aliquando faceret peregrinationem. et post cenam computaret expensas bene contentabatur de omnibus que expendit in cibo et potu excepto lumine de quo nihil voluit solvere. sic multis bene placet quod expendunt circa vanitates et laborant circa lucra et terrenas delectationes corporales sed circa lumen gratie et charitatis: nihil

volūt expendere. quia qui mala agit odit lucem. Johan. iij. ⁊ tñ illa lux citius querē da est que fugat tenebras pctōꝝ. quia nula est picipatio lucis ad tenebras. de pe. di. j. s. Item si ante. qz luce habita vade et amplius noli peccare ne deterius tibi con tingat. Jobā. v. quia penitens nō debet re dire ad pctm̄ sicut canis ad vomitus ⁊ sus lota ad volutabrū luti. ij. Pet. ij. ⁊ de peni. distinc. iij. Sunt. R iij.

3. r

Reddere vel red-

Reditio primo debet esse ratiōe regulata. Secōdo omnibus di latata. Tertio mora non pro lōgata. **A** ppter primū, reddendū est bonū pro malo. nec reddendum est malū pro malo. xxij. q. iij. Sex differentie. Con tra hanc redditionem multū facit qui ac cipit a deo bona nature. fortune. ⁊ gratie. ⁊ reddit malam vitam p mala opera ⁊ q̄ accipit a deo bonam iuventutem expendit in seruitio diaboli psumens ei malas ⁊ de bilem reddere senectutē. Cōtra talem oēs quoz interest debent surgere ⁊ facere eum reddere debitū suū. quia cōmunitas ciuita tis debet cogere ad reddendū aliena. xxij. q. ij. Dñs noster. qz particeps est criminis qui fouet aliena nō reddentes. xiiij. q. vj. c. Si res. qz qui reddit malum pro bonis nō recedet malus de domo eius. Prover. xvij.

B Ad scōm punctus opz q̄ reddat q̄ sunt cesaris cesari. Matth. xxi. ⁊ hoc de bet facere q̄libet generalr tam ecclesiastici q̄ layci. de ecclesiasticis. di. liiij. Generalis. de oibus. xiiij. q. vj. Si res. q̄ vero non pōt reddere maiori iponenda est ei corporalis afflictio. xiiij. q. vj. c. j. Qui vero rem inuē taz nō reddit fur ⁊ raptor existit. xiiij. q. v. Si quis. igitur sicut p̄cipitur. Reddite oī bus debita ⁊ h̄ sine mora. Ro. xij. **L**

Quantū ad tertiū q̄ q̄libet rē alienā te netur statim reddere alit nō penitet. xiiij. q. vj. Si res aliena. q̄fur est q̄ sp̄ est in mo ra. ff. de condi. fur. l. Sed p fure. c. vlti. q̄ si cut p̄cipit Eccli. v. Ne moreris reddere. vi de. s. D. iij. p totum. R v.

Regimen bonuz

R primo monstrat exēplo na turali. Secōdo opatur a prez

4. r

fecto rationali. Tertio remuneratur a dño eternali. **A** Primū p̄tz quia bruta aialia sub regimine viuūt. vij. q. j. In apis bus ⁊ gruibus. ⁊ celestis militia in qua an geli ⁊ archangeli p̄sunt. Regimen igitur cunctis est necessariū. Nam q̄ nō subsunt alicui⁹ regimini sūt acephali. id est sine ca pite. di. xciij. Nulla. ⁊. xvij. q. ij. Abbatib⁹.

B Quantum ad scōm opz q̄ ille q̄ vult alios regere p̄mo rōne regat seipsuz. vñ dicit. O rex si bene regis te nunq̄ eris rex sine re. Deinde ppriaz familiā sicut p̄s sup. f. iij. per totum. qz nō habet frontem corrigendi ⁊ alios q̄ se ⁊ suos corrigere ne glexerit. di. xlvij. c. Sicut. s. Necessē. Dein de cōmunitatem vt sic impleat tria iuris p̄cepta q̄ sunt honeste viuere. alterū nō les dere. ius suū viciniq̄ tribuere. vt scōm re feratur ad familiā que nō est iniuste de len da nec corporaliter nec spūaliter vt patet Instit. de iusti. ⁊ in. Et licet quilibet in re gimine corporali vel spūali positus tenea tur se iuste ⁊ fideliter habere ad oēs maxi me tamē ad subditos a q̄bus vult q̄ sic se habeant ad eum. hui⁹ aut necessitas patet in autentica de noua fidelitatis forma.

Col. x. vbi loquens de his in quibus vasal lus iuratus tenet dño suo. inter cetera di cit q̄ tenet sibi in hoc dānū ei nō faciat in rebus vel in possessionib⁹ ⁊ addit. In his oibus dñs vicē fidei suo reddere d̄z glo. q̄ si non fecerit merito censetur fore male fidei: h̄ nunqd̄ aliā penā paciet vtiq̄ talē qua! ē vasallus. qz si vasallus infideliter a gen⁹ cōtra dñm suuz p̄uat feudo suo. Ita dñs sic se gerēs ad vasallum p̄uabit dño ⁊ pprietate feudi ⁊ hoc p̄bat glo. p legem infra eadez collatione titulo qualiter dñs hereditate vel pprietate priuabitur. vnde querit lex. Si dñs apertam feloniam fece rit vtrum sicut vasallus beneficium ami teret. ita domin⁹ pprietate p̄uaretur ⁊ re spondet q̄ sic glosa. Nec mirum cum ipse domin⁹ teneatur vicem reddere vasallo et ponit exemplum de patrono ⁊ liberto. q̄a sicut libertus non alens patronū suum in paupertate positum in potestatem illius ⁊ in seruitutem redigitur. versa vice patro nus non prestans alimenta liberto carebit operibus impositis. ff. de libe. agnosce. l. Alimento. ⁊. ff. de iur. re patrona. l. Diuus

claudius. Hec omnia lege dei roborantur
 Ephe. vi. Serui inquit obedite dñis. in oī
 bus supple licitis et honestis. cum timore
 et tremore in simplicitate cordis vestri. et
 sequitur cito post. Et vos domini eadē fa
 cite illis remittentes minas seruis scien
 tes. quia ipsorum et vester dominus est in
 celis. et personarū acceptio non est apud
 deum. His etiam concordat ius canonicū
 xv. q. vj. Alius. vbi Childericus rex frāco
 rum fuit depositus per Zachariam papā
 et Otto. impator et sui successores fuerunt
 depositi ab imperio romano per Innocē
 tium tertium papam. quia fuerunt negligē
 tes et dissoluti in regimine et regendo Nec
 mirū quia sicut dicitur Eccli. x. Regnum
 a gente in gentem transfertur propter ini
 micitias et iniurias et contumelias et diuer
 sos dolos. Et sicut Aristot. in secretis secre
 torū ad Alexan. Hec fuit causa destructio
 nis multorū regnorum superfluitas expē
 sarum et superbia morum excedebat. reddi
 tus ciuitatum. et sic deficientibus redditib
 us. et expensis reges extenderunt manus
 suas ad res. et redditus aliorū. Subiti ve
 ro post iniuriam clamauerunt ad deū glo
 riosum qui afflixit eos vehementer. sicut
 afflixerant alios. sicut patet de pharaone
 qui sicut ipse cum ministris prius multos
 submerserat quando precepit omnes ma
 sculos submergi. Ita deus illum cū omni
 bus satellitibus suis submersit vt pro mē
 sura peccati sit et plagarum modus Deus.
 xv. Deo dicēte. Matth. vij. In eo iudicio
 in quo iudicaueritis iudicabimini. Exem
 plum Iudicum. j. De tyranno qui multo
 rum torserat viscera dicente sicut ego feci
 ita reddidit mihi dominus. Quomodo de
 berent legibus regi et regere et viuere. vide
 supra. n. j. c. et q non possunt capere subdi
 torum bona ad libitū voluntatis. quia nō
 sunt eorū supra. f. j. b. et p. xix. b. Nunc igi
 tur reges intelligite erudimini qui iudica
 tis terram. **L** Quantum ad tertium
 meritum et premiū bene regentiū erit ma
 gnum. Nam talibus dicit deus Luce. xxi.
 Ego dispono vobis regnū scilicet glorie
 quia bene habuistis vos in regno gratie:
 sed quia merces illavere erit eterna iuxta
 Illud Danielis. iij. Regnum eius regnū
 sempiternum. Ita oportet q bene regat

se et alios semper cum viuit. quia sicut ho
 mo potest legare hereditatē seruo suo qui
 seruit ei fideliter vsq ad tempus mortis.
 ff. de condi. institu. l. Si testante. sic deus
 illis qui seruiunt ei cui seruire regnare est
 tempore quo ipse seruū morietur Matth.
 x. Qui perseuerauerit vsq ad finē hic sal
 uis erit. et non aliter. sic patet in titulo le
 gis vltimo allegato. l. Et qui. Et inquit q
 ita hereditatem vel legatum accipit si. x.
 dederit nec hereditas nec legatum aliter
 acquiri potest: nisi etiā omnia post imple
 tam conditionem illud egerit scriptus he
 res vel legatarius per quod hereditas vel
 legatum acquiri solet. hec ibi. Ita oportet
 nos adimplere. psal. Si custodierint filij
 tui testamentum meum. et sequitur. Et filij
 eorum vsq in seculū sedebunt super sedē
 tuam. vide supra. d. xv. et p. xxij. per totū.

R vi.

Religio Primo

R est suscipienda cum intentio
 nis puritate. Secundo exē
 quenda cū rationis integri
 tate. Tertio custodienda cum executionis
 stabilitate. Primum est religioso bonum
 principium. Secundum melius medium.
 Tertium ipsum ducit ad celi brauium.

A Quantum ad primū oportet q
 intrans religionē habeat intentionem be
 ne ordinatam q veniat ad illas principa
 liter p amore dei et salute anime sue sicut
 patz supra. l. x. a. et i. xij. a. et b. Secūdo q
 intentio et actio sic concordent q vnū nō
 sit contra aliud. quia religio pro denario
 non debet recipi. extra de sta. mona. c. ij. et
 c. Super quodam. Alias vide. xx. q. iij. c.
 Constituit. Et sicut coniuges volentes in
 gredi religionem in diuersis monasterijs
 sunt ponendi. xxvij. q. ij. Si vir. et. xvij. q.
 ij. Diffiniunt. Ita qui intrat religionem
 sepet malam intentionē a seipso. Qui ves
 ro habentē talis conditionis intentiones
 impedit ne ingrediatur grauitur peccat. et
 tenetur ad restitutionem equiualentis. et
 ad satisfactionem damni per rationem le
 gis. ff. de dolo. l. Si quis affirmauerit per
 quam ille tenetur ad restitutiones qui ali
 quem impediunt ne hereditates conseque
 retur quam ab alio consecutus fuisset. Sic

Religio

in proposito est tam de volente ingredi religionem vel extra religiones sancte vivere. et per consequens ne eternam habeat hereditatem: quam nunc promittit nobis deus quasi lege prescriptorum verborum que est do ut des. facio ut facias. do tibi librum meum taliter. ut des mihi tuum. et quando fit tale pactum. ille qui dat contra non dante habet actionem que ex prescriptis verbis datur. ff. de prescrip. ver. l. Et naturalis. Recte tale pactum est inter nos et deus de dante do nobis celum si demus ei bonam vitam et talis contractus fuit inter illas duas mulieres. iij. Reg. vj. De filiis suis comedendis quarum altera illarum actionem prescriptorum verborum proposuit coram rege Joram contra non dantem filium suum. sicut ipsa dedit suum. Eandem actionem habet deus pater qui dedit nobis filium suum in sacramento altaris contra illos qui retrahunt filios suos vel alienos ne ei seruiant in religione. et qui spiritum suum et animam dedit pro omnibus suis. Job. x. Contra illos qui se retrahunt ab eo male vivendo. date igitur et dabitur vobis Luce. vj. Et quoniam questionibus quomodo ingrediens ordinem religiosorum et angelorum examinantur. vide supra. e. iij. b. Et hoc necesse est. quia intrantes religionem sunt diligenter examinandi super conditiones generis. et super statu preterito di. lv. pul. cis. Sic ergo custodi pedem tuum ingrediens domum domini. Eccles. iij. **B** Quantum ad secundum ad hoc quod progressus sit melior oportet quod religiosus habeat. Primo perpetuam castitatem. Secundo obedientiam et humilitatem. Tertio voluntariam paupertatem. Quarto qui hec non habuerit habebit miseriam et calamitates. Ratio primi est bona. quia votum castitatis solemnizatur per professionem religionis approbata. et suspensionem sacri ordinis. extra de vo. et vo. re. demp. q. votu. li. vj. Si igitur multum delinquat et sacrilegium qui committat unum istorum votorum frangit ut patet di. xxvij. De his. et di. xxvij. Virgines multo grauius. et patet Sed ad hoc quod istam mundiciam custodiat: necesse est quod malorum societatem semper fugiat. Recte igitur sicut christiani non deberent cohabitare cum iudeis: nec recipere eos ad diuina. xxvij. q. j. Nullus. et c. Des

Nec debent in officiis publicis super christiani nos poni dist. liij. Fratritatem vestram. ne per eos trahantur ad infidelitatem. sic religiosus fugiat malorum societatem: ne cum peruerso peruertatur tam videlicet religiosorum quam aliorum. Nam inter religiosos sunt aliqui mali: et aliqui boni. sed tamen propter malos non debent contemni. quod ostenditur per epistolam Augustini scribentis ad vincentium donatistam dist. xlvij. Quantumlibet. Cuius tenor est talis. Quantumlibet vigilet disciplina domus mee homo sum: et inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo quod domus mea melior sit quam archa Noe. vbi tantum inter octo homines unus reprobus inuentus est. Aut melior sit quam domus Abrae: cui dictum est eijce ancillam et filium eius. Aut melior sit quam domus Ysaac cui de duobus geminis in Malachia dictum est Jacob dilexi Esau autem odio habui. Simpliciter autem fateor charitati vestre coram domino deo nostro qui testis est super animam meam ex quo deo seruire cepi quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt. Ita non sum expertus peiores quam qui in monasterio defecerunt. hec ibi. Vos igitur deuita qui enim fugit societatem malorum gaudebit privilegio angelorum. sicut dicitur Ezechielis. vij. Qui fugerint saluabuntur. psal. Elongauit fugiens et mansit in solitudine. **E** Ratio etiam secundi id est obedientie et humilitatis est bona. quia sicut in operibus mundialibus oportet quod operantes obediant pretori. quod qui non obedit eius denunciationi. de qua habetur supra. c. xx. c. etiam si bonum opus sit quod operatur destrui debet. ff. de noui oper. nuncia. l. Pretor. quia videtur contenta auctoritas pretoris. sic in omnibus agendis inter religiosos necesse est quod omnes obediant uni qui eis preficitur. Cui si noluerint gratis obedire debent compelli ut obediant sicut homo compellitur edificare vel reficere domum suam ruinosam ne ciuitas ruinis deformetur supra. c. v. b. Et. ff. de dam. infec. Ad curatoris. vbi glo. ponit casum quod duo habent eadem communem destructam vel ruinosam. unus non vult ipsam reedificare. alius vero vult sed non solus sine socio. Ille nolens vel debet

compelli vt cum alio edificet vel procura
 tor nomine suo edificabit. et expensas re
 cuperabit vel sua pars vendetur. sic in p
 posito. et patet Luce. xiiiij. Compelle intra
 re dicens. Ite et vos in vineam meam.
 Matth. xx. **D** Tertium etiam pa
 tet id est voluntaria paupertas. quia reli
 gio debet abdicare a religioso crimina p
 prietatis. signa cupiditatis. facta vanita
 tis. et facere eum amare merita penurie et
 egestatis. Quantum ad primum de crimi
 ne proprietatis in religione dictum est su
 pra. d. ij. b. et p. xvij. b. Et ratio est bona. qz
 nullus deberet habere aliquid proprium.
 quia pprietas est introducta propter ini
 quitatem hominum: cum prius omnia es
 sent communia: sicut aer et lux. xij. q. j. Di
 lectissimis. igitur et patet. etiam proprietatis
 non debet esse in facultatibus ecclesie. quia
 sunt communes. xij. q. j. Expedi. multo mi
 nus in religiosis. quia religiosus proprie
 tarius non est sepeliendus in terra bene
 dicta. et si fuerit sepultus est extumulandus
 extra de statu monacho. Super quodam.
 Sicut igitur de rebus ecclesie nullus po
 test dicere. Nec res est mea. xij. q. j. Nulli
 ita nec et patz. procul igitur sit proprietatis
 a religioe. quia sicut ille committit crimē
 peculatus qd' inter maxima crimina com
 putatur qui bona communia seu publica
 furatur. ff. ad legē iuli. peculatus. l. j. Ita
 proprietarius in religione non multuz di
 stat a crimine furti. de quo Augustin' in
 regula clericorum. Si quis rem sibi colla
 tam celauerit furti iudicio condemnetur.
 talis est multo imperfectior qz laycus. j.
 q. ij. Si quis propter. **E** Debet se
 cūdo abdicare signa cupiditatis. quia non
 debet se intromittere de negocijs seculari
 bus. de quibus homines sepe se intromit
 tunt causa cupiditatis. qui in his que dei
 sunt deberent se occupare. Recte sicut mi
 lites sub imperatore terreno non debent
 esse occupati in his que illorum militiam
 impedirent. sicut patet. C. locati et condu
 cti. l. Milites Milites (iquit imperator)
 nostros alienarum rerum conductores fi
 eri prohibemus: ne amisso armorum usu
 ad opus terrestre se conferant. armis au
 tem et non priuatis negocijs occupentur
 vt rempublicam qua alentur ab omni ne

cessitate bellorum defendant. hec ibi. Quā
 to magis nemo militans deo implicet se
 negocijs secularibus. ij. Thymo. ij. Et res
 bus alienis saluti extraneis. Sed iugiter
 oret pro illis a quibus alitur. vt oratione
 et predicatione eos a periculis liberet bel
 li spiritualis dis. xxxvj. Si quis. Sed heu
 sicut milites mundi non obstante illa pro
 hibitione. et etiam illa. C. ne negociatores
 militent. Nunc cōuertuntur ad illa facta
 nephanda de quibus dicitur. C. loca. et cō
 duc. l. Licet. Milites inquit immemores
 ad huiusmodi sordida audent venire mi
 nisteria et derelictis studijs publicis signis
 qz victricibus ad conditiones rerum alia
 rum proflere audent: et armoruz atrocita
 tem non in hostes ostendere: sed contravi
 cinos forsitan aduersus ipsos miseros co
 lonos quos defendandos susceperunt con
 uertere. sic milites spirituales quorū qui
 das conuertunt se ad mercationes: quidā
 ad venatiōes: quidā quod penus est ad pu
 gnas et sedutiones: quidam ad commoda
 propria plusqz cōmunitatis non aduertē
 tes qz homo nascit reipublice. ff. de capti.
 et post limi. reuer. l. Post liminium. §. Fili
 us transfuga. quidaz vero diligenter que
 runt que sua sunt non que iesu xpi a quo
 aluntur. non sic Paulus fecit qui dicit.
 Phil. ij. Omnia arbitratus sum vt sterco
 ra vt xpm lucrifacerem. Cui' exemplo tas
 les qui spiritualem militiam impediunt
 ommissis mundialibus. sicut precipitur. ij.
 Thymo. ij. Terta. sicut bon' miles iesu xpi
 Tertio debet abdicare facta vani
 tatis in superfluis expensis et equitatis
 ris et huiusmodi. quia illi qui i maiori sta
 tu sunt illa faciendo grauant inferiores.
 quia sumunt panes filiorum. et faciunt eū
 pabulum equorum. per tales domina gens
 tum que erat libera facta est annuatim
 sub tributo Inconueniens igitur est et non tan
 tum contra dicta apostolorum: sed etiam
 contra sanctionem imperatoruz. C. de epi
 sco. et cleri. l. Generaliter. et l. Sanximus.
 qz omnes clerici et monachi. alijs omni
 bus derelictis dei omnipotentis inhere
 ant ministerijs. Uniuersi enim milites in
 expeditione existētes reipublice a sordib'
 excipiuntur vniuersis. C. de excu. mi. m. 3
 io: ratione in religione non deberent tas

3. no.

Restitutio

lia exigere pro equis et expensis: sed illa quae eis dantur ratione talis itineris deberent in tali itinere expendere. sicut patz. d. ij. c. et hoc facientes timeant ne via celi sit eis nimis ardua pro equis suis. quia lex facit differentiam inter actum et viam. quia qui habet seruitutes itineris potest solus ire. qui actus potest ducere iumentum: qui via potest ducere currum vel quodcumque voluerit. ff. de seruitu. rusti. predio. l. Quod. et si habeat licentiam itineris faciat viam primi. Sic de religiosis quibus deus concessit quod possunt ad celum ire per iter rectum. de quibus dicitur Prover. ij. Relinquunt iter rectum et ambulat per vias tenebrosas dicentes. Esa. xxx. Ad equos fugiemus. et super veloces ascendemus. Hec via illorum scandalus ipsis psal. Quia hi in curribus. et hi in equis scilicet superiores. ipsi obligati sunt scilicet inferiores. Multo melius et tolerabilius esset quod una persona indigeret quam communitas. quia lex preponit communitatem tantum quam si aliquid sit legatum civibus civitatis videtur tamen relictum civitati. ff. de reb. du. l. Civibus. et ad patrem pertinet filios alimere et non depauperare. quia lex patrem pascentem preferit et honorat tantum quam si filios familias qui est in patris potestate aliquid sit relictum. potius videtur patri relictum quam filio. vt. ff. de condi. et demon. l. Si filios familias. Sed patribus non alentibus nihil deberet dari sic et per B Quarto deberet amare merita paupertatis. quod enim pauper sit magni meriti pars. quia valde meritorium est mori pro amore dei sed melius est mori quam semper in paupertate vivere. C. ad. l. iulii. maie. l. Quisquis. et Trenew. iij. Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame. H Quantum ad quartam partem secundi articuli religiosus: qui hec non habuerit habebit miseria et calamitatem. Pro quo est sciendum quod multi religiosi plus obligantur et minus abundant quam solebant. et plus gravantur et vexantur a potentioribus. et hoc propter plures causas. primo quia in multis locis cessat causa quare deus dedit eis abundantiam. per super. c. v. c. Recce igitur. sicut fundator domus religionis qui fundat illam ad habendum certum numerum deo servientium in loco illo si deficiant per lege vestmonasterium. por

tat breve super illos quod vocatur cessavit per biennium ad capiendum totum in manum suam usque dum faciant deo quod deberent vel saltem aliquo modo gravant eos. sic deus et patet. Secundo quia aliquorum capitulum frequenter et faciliter absoluntur. et amouentur contra ius quod dicitur quod prelati religiosorum canonice electi non deberent de facili amoveri. extra de sta. mona. ca. ij. Quia omnis vacatio vel absentia capitulum est periculosa. extra de elec. c. Ubi preculum in. vj. sicut patet supra. b. vij. a. Tercio quia non pascent deum per hospitalitatem pauperum. sed potius ipsos decipiunt per sophisma supra. o. j. b. Quarto quia non vivunt rationabiliter ex toto sicut deberent. Recte igitur sicut mercatores publice habent libertatem quod non solvunt vectigalia et pedagia dum occupantur circa negocia reipublice. sed non circa propria. ff. de iure immunita. l. Semper. §. Negociatores Et sicut clericus perdit privilegium quando non vivit ut clericus. C. de epi. et cler. l. ij. sic et patet. Et sicut advocatus in curiis maioribus. sicut in curia prefectorum et in curia prefectorum urbis: et in curia affrice debet habere salarium de publico dux postulat: sed postulare cessans illud perdit. C. de advoca. diverso. iudi. l. ij. Sic de illis qui non orant digne. ut deberent et patet. istis concordat lex dei. Luce. xv. Ubi ponitur filius prodigus in exemplum. quia venit ad magnam paupertatem vivendo male.

¶ Tertium ducit ad celum et celi imperium. Sed sicut nullus religiosus debet recipi ad professionem ante annum probationis. xvij. q. j. Consaldus. ita nec ad professionem beatorum ante totius vite sue probationem. Sed cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Jaco. j. Sit igitur religio munda et immaculata apud deum et patrem. Jacobi. j. R. vij. 2. p.

Restitutio proprio

debet fieri cum restituatis hilaritate. Secundo cum rei ablata integritate. Tertio erectum cum festina celeritate. Ratio primi est bona tam in restitutione principis terreni quam celestis. quia princeps terrenus in integrum restituit et infamiam tollit et o

dini et ordinibus et honoribus reducit. ij. q. iij. in fi. Quia qui restituit plene ac libere in statu pristinum reponi debet. extra de usuris. c. vlti. Papa etiam fame restituit extra de sen. et re iudic. Cum te bonis. quos tunc inuenit dicentes tempore hoc restitues regnum israel. Actu. j. Item celum quod prius amiserat in primo parente et non solus in illis. sed etiam in alijs filiis suis qui post ea erant nascituri per rationem legis. ff. de re. du. l. Atrium posthumum. cum parua lege immediate precedente. vel ex parte. per quas duas leges ubi quis in parte facit heredem scilicet hominem iam natum. et posthumum nasciturum si plures ei filij et filie nascantur de uxore sua que tunc est pregnantis quilibet habebit partem suam ad ostendendum quod possibile est quod mulier una vice plures portat. adducit ibi in textu unam mulierem que uno partu quatuor liberos enixa est. Recte igitur. sicut hereditas talis hominis debet diuidi inter natum et nascituros. ita celum dabitur non solum illis quibus Christus dixit Luc. xxi. Dispono vobis regnum etc. Sed etiam cuiuslibet nascituro et digne dicenti. illud psal. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Postea namque nati sunt tibi filij constitues eos principes super omnem terram. Unde alium passum legis huic similem supra. r. j. c. huic etiam concordat illa lex. C. de fidei commissis. liberta. l. Cum inter veteres. ubi habet quod homo potest dare libertatem non solum nato. sed etiam nascituro. et si dominus fecerit fetum liberum qui in ventre matris ancille est. si plures pariat uno partu omnes sunt liberi: licet mentionem non fecerit nisi de uno: matre in seruitute remanente. et sic liber nasci potest de non libera. sic deus multis natis et nascituris de iudaismo et paganismo dedit libertatem gratie et glorie filiorum dei seruata matre. i. synagoga et mesquita in seruitute qua libertate nos Christus liberauit. Gal. iij. et sic Beatus. Restituit alterum scilicet filium et non matrem in locum suum. B Ad intellectum secundum cum primo ostendit quod restitutio in integrum est necessaria. Secundo que persone ad illam faciendam obligantur. Primum patet quod ubi quis potest restituere sine illa non potest saluari. sicut patet supra. c. xvij. b. et e. iij. a. quod sicut usurario non debet reddi illud quod ipse iuste percipiat si non esset usurarius

antequam ipse reddat usuras quas ipse male acquisiuit. extra de usu. Quia frustra. Ita nec tali dabitur celum et partem. Nec sufficit remissio totius vel partis si remittens valeret totum habere si posset vel auderet. extra de usur. Quoniam manifeste. li. vj. Super quo dicit glo. archidiaconi quod remissio que fit mala voluntate non sufficit. Igitur in tali casu in integrum restituet. Job. xij. Quia aliter non liberatur a debito. sicut patet super. b. v. b. Ergo sicut precipitur. iij. Reg. viij. Restitue ei omnia que sua sunt cum omnibus fructibus et commodis acceptis. et de his que percipi potuerunt. et de resti. spolia. Grauis et cuius damnis illatis. sicut patet supra. a. vj. a. et Levitic. v. Quod intulit damni restituet. sic supra. d. j. b. Personae vero que ad istam restitutionem tenentur. continentur sub his versibus. Iussio consilium consensus palpo recursum. participans mutus non obstans non manifestans. quorum versuum expositiones. vide supra. a. xj. a. Et in summa professor. li. iij. ti. v. De rapto. q. lxxv. et generaliter omnes ad quorum manus bona iniuste acquisita deuenierunt. sicut fiscus. quod si ille cuius bona confiscantur fuit debitor obligatus. vel illud quod habuit fuit totum vel pro magna parte iniuste acquisitum. sicut est de bonis latronum et homicidii siue ille cuius bona confiscantur: sicut ad mortem siue ad redemptionem adiudicatus dominus qui illa bona iuste accipit et qui possit illa retinere si prius fuissent illius damni nati. tenentur ea spoliatis et creditoribus reddere dum bona sua durant. vt. ff. de iur. fisci. l. Non possunt. ubi habet quod sequitur. quod non possunt illa bona ad fiscum pertinere. nisi quod creditoribus super futura sunt etc. Illud enim bonorum cuiuslibet esse intelligitur quod erit alieno super est. et id tantum fisco competere potest. et non illud in quo obligatus est quia illud suum non est. hec ibi fisci nomine dominum intellige. D Ad istam restitutionem tenentur successores male acquisitorum. sicut filij qui tenentur et onerantur de patris maleficio. sic de rapina etiam. et in parte que ad eos peruenit si lis non fuit contestata viuente patre obligantur in toto. quia in hoc casu eodem onere obligantur quo pater. C. de delictis. defuncto. l. Post litem contestationem. ubi sic habetur eo quod vim fecerit vel concussionem vel ali

Restitutio

quid deliquit defunctus successores in solidū tenetur hec ibi. hinc etiam concordat illud. extra de usur. Qua nos. ubi papa requisitus de hijs ad quorū manus deueniunt bona usurarioꝝ: vtrum restituere teneantur usurarijs defunctis. respondet qd hi sunt cogendi sicut illi si viuerent. quia res semper transit cum onere suo. et vnusquisq; onus suum portabit. Ball. vj.

E Quō etias restitutio fiat celeriter ratio est bona. quia ante non liberatur a seruitute dyaboli. sicut patz supra. c. xvij. b. et supra. r. iij. c. et quia vsq; ad illud tempus pignus suum manet in manu dyaboli. sicut patet supra. c. ij. b. Nec ante restitutionem efficitur socius dei. qz sicut modus dissoluendi societatem mercatorū est quando vnus sociorum est in magno pondere debitorū grauatus. tunc alij possunt eū deserere. Et instir. de societate. §. Item si quis. sic deus habet se ad illum qui ponit se in graui debito per usurā vel symoniā et hmoi. et omnes etiā sancti. qz que societas lucis ad tenebras. et que conuentio xpi ad Belial. ij. Cor. vj. Nec confidat qd qd sine restitutiōe restituatur ei celū. quia si quis spoliat aliquem et vadat ad domiū nū pro remissiōe habenda. dñs iustus nūquit illud remittit. qz licet possit dare vel remittere illud quod est iuris civilis. scilz membra et vitam. non tamen illud qd est iuris naturalis. et lex nō vult qd concedat priuilegium vni alteri preiudiciale. ff. ne qd in loco publi. fiat. l. Pretor ait. §. Aliterito. et §. Si quis in principio. Sic et deus. et patet. Nec sufficit legare spoliato tantus q̄tum ab eo male recepit. sicut aliqui faciunt cōtra legem ecclesie. extra de usu. q̄q̄. in qua continetur qd licet usurarius manifestus mandet satisfieri et restituere vsuras non tamē sepeliendus est in cimiterio: donec plenarie satisfactū sit. si tamē suppetunt facultates vel illis quibus si p̄sentes fuerint vel eis absentibus episcopo vel sacerdoti suo parochiali coram fide dignis sufficiens cautio prestetur de restitutione faciēda. et exprimat quantitas reddendorum q̄tum possibile est. Aliter non recipiatur ad sepulturam. nisi sic satisfecerit nullus eos ad confessionem vel ad absolutionem admittat: nec testamen-

to eorum interfit. et testamenta eorum aliter facta non valent. Et si defectus plenarie satisfactionis excludit eos a terra: maiori ratione animam a celo. quia cui non dimittatur peccatum: nisi restituatur ablatum. xiiij. q. vj. Si res. et extra de usuris cum tu. quia non restituit dñs potest. xxij. q. viij. Pessimam. et extra de raptor. c. ij. Sequitur qd peccatus non dimittitur eis ante mortem et post mortem nullum peccatum mortale dimittitur. quia medicina apposta corpori defuncto non prodest. ergo non remittitur: nec in hoc seculo neq; in futuro. **S** Sed nunquit confessor possit dare dilationes restitutionis confitenti dicit Hostien. ver. Sed quid dicit. qd discretus sacerdos potest suam conscientiam informare ex eo qd intendit vtiliter gerere negocium creditoris. Nam si videt qd aliter imperpetuus non potest recuperare: vel ita cito vel ita commode potest recepto iuramento vel alia sufficienti cautione si haberi potest dilationem cōcedere. et sub hac conditione. si hoc compleuerit infra talem diem peccatorem absolueret. vt sic creditor quod ei debetur recuperet. et peccator non recedat a sacerdote desperatus. hoc probat per leges. ff. de nego. gest. l. Soluendo. Et. ff. de minori. l. Ait pretor. Et. ff. de solutio. l. Soluere. Alij dicunt qd si haberi possunt persone spoliatorum sacerdos non potest dare dilationem sine licentia creditorum. et ista est securior via. quia quando habent absolutionem sub tali dilatione vix aut nunq̄ restituunt. prius igitur restituat quod iniuste detinet. et postea absoluat. quia dicit lex qd is qui in fraudem creditorū manumittit nihil agit. vt Institu. ex quibus causis manumittere. §. Non potest. et supra. c. xvij. b. et patet qd absolutio est spiritualis manumissio. Et est exemplum in legibus regni anglie per quas baliuus nō potest dare dilationem arestato vel incarcerato pro debito vel ipsum liberare: aut liberum dimittere sine consensu actoris. Et tamen si quis absolutus fuerit s̄m doctrinam Hostien. sicut ille qui absoluitur a sententia excommunicationis in forma ostensa supra. a. iij. c. Iterum cadit in eadem nisi pactum teneat. sic est de absolu-

LXXXVII

Resurrectio

to a peccato. sicut ibidem patet. Sic ergo iuxta vias singulorum restituet eis. Job xxxiii.

31

R viij.

Resurrectio xpi

Primo habuit ostensuum vere probationis. Secundo resurrectio iusti erit ad pre-

mium sue saluationis. Tertio resurrectio impij erit ad iudicium sue damnationis.

A Quantum ad primum resurrectio xpi fuit ad magnam gloriam xpiano rum ad magnam confusionem iudeorum quia xpiani resurrectiones xpi clarissime probauerunt. et iudei turpissime defecerunt De probatione xpianorum. quomodo per eos resurrectio est probata per omnem modum quo aliquid probari potest clarum est

Nam dubium potest probari testibus et scripturis. extra de verbo. signifi. Forus. Sic resurrectio xpi ab apostolis qui fuerunt testes xpi. xj. q. iij. Existimant. Et alijs discipulis quibus dixit eritis mihi testes Act. i. Et scriptura euangelica propter quod in simbolo apostolorum dicitur. Resurrexit

tertia die secundum scripturas. Item probatur aliquid per famam. iij. q. iij. S. Item sic et patet. Item per presumptionem. extra de presump. Afferte. r. c. Peruenit. Item per instrumentum notarij. xvj. q. iij. per totum et extra de fide instrumen. c. ij. Sic per Jo-

hannes euangelistas notarium domini qui scripsit hec. et scimus quia verum est testimonium eius. Johan. vlti. Item per aspectum corporis. xxvij. q. j. Nec aliqua. Illo rum videlicet qui dixerunt: vidimus dominum et Magdalene que post resurrectionem eum videns accessit et tetigit pedes eius et aliorum discipulorum qui ipsius videntes manducauerunt et biberunt cum eo. Actu. x.

Manducauimus et bibimus cum eo postquam resurrexit a mortuis. et Luce. xxiiij. Illi qui comederunt cum eo cognouerunt eum in fractioe panis. et hec fuit probatio per rei euidenciam. quia fuit ita notorium quod nulla tergiversatione celari potuit. ij. q. j.

Manifesta. et extra de cohabi. c. Vestra. et c. sequē. Item aliquid potest probari per argumenta et rationes de conse. di. ij. Reuer- ra. et extra de cele. mis. In quada. sic xps

Actus. j. Prebuit seipsum viuum in multis argumentis. Sic igitur verisimile probatur resurrectio de qua dicit. Luce. xvij. Tertia die resurget. Et sicut ista testimonia sunt vera quia testimonium domini fidele. in psal. Ita infidelium iudeorum probationes sunt falsissime. nec mirum quia sicut nos xpm dicimus surrexisse: ita ipsi hoc negant. sed negatiua probari non potest directe. extra de electio. bone memorie. quia licet secundum iura civilia negatiua possit probari in actu personali qui non potest fieri per procuratorem. vt. ff. de itinere actuque puato. l. ij. Ubi habetur quod potest probari quod aliquis non fecit seruitutem probando quod fuit ibi tota die. et non vidit eum ibi. Sic etiam potest probari quod aliquis non dixit missam in illa die vel in tali loco. quia continue fuit cum eo in mari vel in alio loco. ubi nulla missa fuit: sed quod de facto potest fieri per procuratorem negatiua probari non potest. quia si probet me debitum alicui non soluisse tali die per hoc quod continue fuit mecum: vel per hoc quod fui in tali loco ubi personaliter ei soluere non potui: nihil probat. quia procurator meus hoc facere potuit. Recte igitur ubi aliquid potest fieri pluribus modis si factum probetur et negatur negatiua que negat unum modum tantum vel probat. sicut patet per prefatam solutionem debiti Sic quia resurrectio christi potuit ita bene contigisse custodibus vigilantibus. sicut dormientibus. et econuerso. licet ergo possint sufficienter probare quod non surrexit dum ipsi vigilauerunt. per hoc non probant quod scilicet discipuli furati sunt eum dum dormierunt: nec quod non surrexit ipsis dormientibus. quia hanc negatiuam impossibile est eos probare. quia aut fuerunt veraces dicendo quod dormierunt. et tunc verum fuit quod dixerunt et nescierunt quid circa eos agebatur. vtrum scilicet surrexit vel furtiue sublatum fuerit. Igitur. si fuerunt fideles testes in testificatione status proprii. scilicet quod dormierunt non poterunt esse veraces pro illo tempore prohibendo testimonium de facto alieno. Sicut nec potest aliquis dormiens testificari de hoc quod circa eum agitur dum dormit. Si autem dicendo fuerunt falsi non est eis credendum. quia testimonium infidelium non valet contra

Resurrectio

fideles. ij. q. vij. Non potest. r. iij. q. v. Spectos. Sic igitur patet q̄ conuenientia non erant eorum testimonia. *Marci. xiiij.* De quibus xp̄us surrexerunt in me testes iniqui r̄ mēta est iniquitas sibi. in psal.

B Ad intellectum secundi est sciendus q̄ legimus de duplici hominis resurrectione. Prima est a morte culpe ad vitā gratie. *Apoca. xx.* Hec est resurrectio p̄ma de qua scribitur de consecra. dist. iij. Proprie q̄ olim baptismus. ideo tempore resurrectionis fiebat. vt sicut xp̄us resurrexit a mortuis. sic r̄ nos ī nouitate vite ambularemus. Probantes istam resurrectionem vijs r̄ modis quibus xp̄i resurrectio probata est in articulo precedēte. Primo per testes bonorum operum. ita q̄ de malis operibus peccatorum auersi. r̄ ad bona conuersi veraciter dicere possint. Opera que ego facio testimoniū perhibēt de me. quia nisi actus fuerint boni non probant q̄ resurrexit. quia testes debent esse bone opinionis. ij. q. j. In primis. Secūdo per sacram scripturam que dicit. Confitemini domino r̄ inuocate nomen eius cuius mandata tenet bene cōfitendo cum bono proposito semper declinādi peccata r̄ nō cuius dubio. quia dubia probatio non facit fidem. quia intentiones suam tenetur clare probare. extra de conditio. apposi. Per tuas. Tertio per famas. ita q̄ sic retrahat se ab omni societate mala r̄ specialiter cū qua prius peccauit r̄ ab omnibus peccatis q̄ habeat testimoniū bone fame. quia oportet testes esse bone fame. ij. q. j. In primis. Quarto per visum. sic q̄ illi qui prius viderunt nos peccatores. postea videant opera nostra bona r̄ glorificent patrē nostrum qui in celis est. *Matth. v.* r̄ sic de alijs. Isto igitur modo. sicut dicitur *Apocalip. xx.* Beatus r̄ sanctus qui habet partem in resurrectione prima. **C** Secunda resurrectio hominis est de terra in qua mortui iacent ad vitas glorie. de qua *i. Cor. xv.* Seminatur corpus in ignobilitate r̄ resurget in gloria. in qua resurrectione homo restituetur in integrum supra. r. vij. a. r̄ b. quia in illa dabuntur singulis due stole albe. *Apocalip. vj.* Gloria scilz anime r̄ corporis. r̄ hoc fiet in iudicio generali. quod etiam concordat cū iure hu-

mano. sicut patz supra. f. ij. d. quia sicut restitutio nō debet fieri anteq̄ citetur reus extra de lite non contesta. Quomā frequēter. ita r̄ deus tunc vult facere restitutionem celi electis suis. sed non nisi prius vocatis peccatoribus vt ipsis videntibus iusticiam iudiciorū dei quomodo bonos saluabit: malos damnabit vt impleatur illud *Sapientie. v.* Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum. r̄ in subsannationem improperij nos insensatiuitam illorum estimabamus insanā r̄ finē illorum sine honore. Ecce quomodo computati sūt inter filios dei r̄ inter sanctos fors illorum est. In qua resurrectione differentiam beatorum resurgentium ostendit. apostolus. *i. Cor. xv.* Alia inquit est claritas solis alia lune alia stellarum. r̄ sicut differt stella a stella in claritate. sic erit resurrectio mortuorum. **D** Quantum ad tertium multiplici ratione peccator veniet ad iudicium finaliter in resurrectione generali vt audiat illud ad suam damnationē primo. quia sicut reus trahitur extra suas p̄uinciā ad iudiciū ratione criminis. qz p̄pter grauem percussione clericī mittit ad papā. *xvij. q. iij.* Si quis suadente. sic peccator ad tribunal dei et non potest respondere per procuratorem. quia causa est capitalis r̄ criminalis. ij. q. vj. Si quando. Item ratione appellationis. *iii. q. vj.* Per egrina. sic multi iniuste nunc grauati appellat in cordibus suis ad deū. vt *prz. s. j. xvij. b.* Item ratione persone accusantis. *iii. q. vj. q̄uis.* Et licz in istis r̄ in alijs nihil sibi conscius sit. tamen quia non solum a reatu dicitur: sed etiam a re que petitur reus erit semper q̄dū a re que petit non absoluitur. extra de verbo. sig. Forus r̄ nisi hic absoluat nunq̄ absoluet. qz ibi deus erit actor contra reos. r̄ reus nō absoluit anteq̄ actor deficiat in p̄bationib⁹ extra de iureiuran. Juramentus. Istis de causis non resurgent impij in iudicio scz ad gloriam. quia omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. *i. Corinthioz. xv.* In melius scilicet. quia qui bona fecerunt resurgent in resurrectionē vite. qui verol mala egerunt in resurrectionem iudicij. scilicet mortis perpetue. *Joannis. v.*

Sacerdotium

Sacerdotium

Primo est cum munditia et humilitate recipiendum. Secundo cum reuerentia iusticia et sanctitate custodiendum et tenendum. Tertio cum diligentia et charitate ab omnibus venerandum.

A Primum debet precedere ordinis susceptionem. Exod. xix. Sacerdotes qui accedunt ad me sanctificentur ne percutiam eos. quia nullus deus recipere ordinem sacerdotalē vel officium predicationis aut statum prelationis nisi sit humilis et dignus in fama. vita et scientia. quia dii et angeli nunciant. xj. q. j. Sacerdotibus. et male nisi habeat tria predicta de quibus sup. p. xxj. a. et p. xxij. a. Nam bona fama necessaria est. quia sacerdos est quasi procurator animarum et infamis non potest esse procurator. iij. q. vij. Infamis. secundo bona vita requiritur et mundicia. j. q. j. Necesse est. et c. Sacrosancta. et ex deui. et hone. cle. p. totum. tertio scientia sufficiens est necessaria. dist. xxxvij. per totum. et di. xxxvij. c. Ignorantia est periculosa omnibus sed maxime sacerdotibus. Et ratio omnium predictorum est bona. quia est de prophetis et de quibusdam alijs recipiendis ad ordines beatorum sicut est de sacerdotibus peregrinis et ignotis qui uellent recipi ad beneficia vel officia ecclesiastica in aliena dyocesi. quia sicut opus quod illi portant secum litteras testimoniales vel aliter de iure non recipiuntur. di. lxxj. per totum. Ita opus quod est satis digne recipiendus est ad sacerdotium ecclesie triumphantis cui dicitur in psalmo. Tu es sacerdos in eternum portet secum tria predicta tanquam litteras sue conuersationis. Videant igitur omnes quod littere sue non sint sicut littere uarie sed habentes tria predicta cum signis suis scilicet regale sacerdotium gens sancta populi acquisitionis. j. pe. ij.

S Secundo iusticia et sanctitates debet sacerdos habere sic quod semper prius pura confessione corrigat propria et post aliena ne sit de illis de quibus Gregorius in morum. et habet. iij. q. vij. Qui sine peccato. Qui inquit sine peccato est uestrum prius in illam lapidem mittat ad aliena quippe peccata punienda ibat et sua reliquerant reuocent itaque intus ad conscientiam

tiam ut prius propria corrigant et tunc aliena reprehendant. Hinc est quod cum tribus beniamin supple iudicum. xix. In carnis scelere fuisset obruta collectus omnis israel uicis sci uoluit iniquitatem sed semel et iterum in belli certamine ipse prostratus est. quid est quod in ultione sceleris inflamatur et tamen prius prosternitur nisi quod prius ipsi purgandi sunt per quos aliorum culpe feriuntur. hec ille. aliter puniendi sunt ut recte corrigant sicut patet per eundem beatus Gregorius. iij. q. vij. Postulatus. postulatus inquit dominus iudicare de peccatrice non statim dat iudicium sed prius inclinans se deorsum scribebat in terra et demum quod obnoxie rogatur iudicat nos uidelicet typice instruens ut cum proximo morum errata conspiciuntur non hec ante reprehendendo iudicem? quod ad conscientiam humiliter reuersi digito discretionis eam solerter exculpemus et quod in ea conditori placeat quid due displiceat examinatione discernamus. iuxta illud apostoli. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto et qui sine peccato est et c. q. d. primo uosmetipsi iusticiam legis implete et sic innocentes manibus ad lapidandam ream occurrite. et Aug. iij. q. v. c. Sacerdos. Sacerdos igitur ut sapiens medicus et perfectus prius sciat sua peccata diluere et postea aliena detergere et sanare et non publicare. quia sal infatuatus. id est prelati ad nihilum ualet nec est utile ad corrigendum insipida facta inferiorum. Ex quo datur intellegi quod criminis alterius criminis iudex esse non potest et seipsum condemat dum in alterius crimen sententiam profert. Et ex hoc quod dominus scribebat trahitur argumentum quod sententia mortis vel excommunicationis deus distincte prescribi et gloriatur dicit quod edicta pretorum scribebantur in albo. id est in pgameno. ff. de iuri. omnium iudi. l. Si quis. Sic igitur uos sacerdotes iustum iudicium iudicate. Job. vij. uos ipsos iudicando prius et postea alios. Excepto quod nullus sacerdos in professione iudicet propriam focariam cum qua peccauit. quia leges prohibent ne quis iurisdictioni preest sit iudex uxoris aut liberorum suorum. ff. de iurisd. omnium iudi. l. Qui iurisdictioni. quia presumunt iura quod esset eis nimis fauorabilis. sic et patet. Et omnes alios sibi subiectos prius mundatus mundet ne dicatur ei illud Eccli. xxxij. Ab imundo quid mundabitur. Et reuera si ipse

Omnia. az. ab Orango. de la Alberta. de. angla.

Sacerdotiū

fordibus aliquos purgavit est s̄m beatum Grego. sicut aqua baptismi que infantem ad celum mittit et ipsa in foueam descendit. Est igitur de tali confessore et confitente si bi obuiantibus sicut fuit d̄ duobus seruis. de quibus casus ponitur q̄ vni dixit d̄ns suus si obuiaueris seruo liber esto. et alteri vero dixit. si obuiaueris libero liber esto. Ipsis duobus sibi obuiantibus querit̄ an vnus vel ambo vel neuter liber sit. Argumenta fortia sunt hinc inde sicut patet cogitanti. quidā dicunt q̄ vterq̄ sit liber in fauorem libertatis et hoc probāt per leges super quā iste casus videtur esse fundatus et per quam potest decidi. ff. de re. du. l. Si fuerit. vbi habetur q̄ vbi dominus dat libertatē ancille pregnantī si primo pariat masculum dicens. si p̄mo parias marem libera esto. et etiā filius sit liber. et filia si qua postea ex te nascatur libera sit si cōtingat eam vno partu parere simul masculū et feminā nullomodo potest fieri qui prius nascatur sicut posset esse de muliere sola in carcere vel in alio loco obscuro pariete oēs erunt liberi presumptione masculi prius editi. quia in ambiguis rebus humaniorē rem sententiā sequi oportet. Sic in p̄posito vnus vere sit liber cui dictum fuit si obuiaueris seruo liber esto. quia obuiavit seruo. Nam in p̄mo puncto obuiationis vterq̄ illorū fuit seruus. ergo ille est liber et nō alius qui nō obuiavit libero. sed seruo qui post punctus obuiationis est liber. Sic in proposito vnus tantū. id est vere penitens consequitur libertatem sacerdote in seruitute diaboli permanente et habente peiorē fortunam q̄ ille. de quo Esa. xliij. dicitur et Osee. iij. Et erit sicut populus sic et sacerdos. quia de isto dici potest q̄ erit potius sicut bestie de quibus. j. q. j. Si quis de ecclesia. dicit Augustinus loquens de heretico more symeiarū que cum homines non sint formam humanam imitantur. vultum ecclesie catholice et auctoritatem et veritates sibi vendicat quādo ipse in ecclesia benedicit cum sit ipse maledictus. vitam pollicetur cum sit mortuus. deū inuocat blasphemus. sacerdotium administrat p̄phanus. componit altare sacrilegus. Ad hec oīa accedit et illud malus vt antistes diaboli audeat eucharistiam facere cui nec sacrificia

ri oblatio illic possit vbi sp̄s sanctus non sit nec cuiq̄ dominus per eius preces et orationes profint qui deū ipse violauit. Si em̄ qui ecclesiā violat ethnici et publicani habentur. multo magis falsa altaria et illicita sacerdotia et sacrificia sacrilegia et omnia adulterina fingentes iter ethnicos et publicanos necesse est vt computentur. Sopho. iij. Sacerdotes eius polluerunt sanctum. Talis etiam sacerdos de ordine suo iudicium et crimen sibi acquirit. di. xl. Multi. vbi dicitur. Multi sacerdotes noīe pauci opere nam nemo plus in ecclesia nocet q̄ qui peruerse agens nomen sanctitatis habet. dist. lxxxij. Nemo. qz mali sacerdotes q̄tum in eis est nomen dei despiciūt et panem pollutum offerunt. di. xlix. Sacerdotes. et Mala. j. Ipse dominus loquitur sacerdotibus di. Ad vos inquit o sacerdotes q̄ despiciatis nomen meū et dicitis in quo desperimus nomen tuū quibus respōdet di. Offertis sup altare meum panem pollutum et dicitis in quo polluim? te. de talib? habentur verba beati Greg. di. lxxxj. Si qui. sub tenore sequenti. Si qui sunt presbyteri aut dyaconi qui in crimine fornicationis iacent interdiciuntur ex parte dei omnipotentis et sancti petri auctoritate ecclesie introitum vsqz dum peniteāt et emendent. Si q̄ vero in peccato suo pseuerare maluerint nullus vestrum eorū officium audire presumat. quia benedictio eorū vertetur in maledictionem. et ideo in peccato testante d̄no morietur et per Mala. p̄phetas maledicuntur. Maledicay inquit benedictionib? vestris. glo. ibi tenet. q̄ sint suspensi ipso facto et est ad hoc. ex de coha. cle. et muli. que situm. vbi habetur q̄ est suspensus quo ad alios p̄pter peccatum fornicationis quādo est notoriū et est ad hoc illud. dist. xxxij. Nullus. vbi dicitur q̄ nullus debet audire missam sacerdotis quā indubitatē scit habere concubinam vbi exponit glo. Job. q̄ indubitanter scire est qd̄ scitur scientia iuris et nō facti ad hoc faciunt expresse. c. Plura. vt. xv. q. viij. Scissurātib? di. lxxxij. Nihil. et. j. q. j. Multi. hoc autem iure scit quod est notoriū per sententiam vel p̄ confessionem in iudicio vel euentiā rei quādo nulla tergiversatiōe celari potest. quia sunt animalia gradientia super terras, vt

extra de coha. cleri. 7 mu. c. vlti. 7 eē de ver
bo. signi. Cum olim. Et vtinā maiores pre
lati ecclesie sic haberent cordi correctionē
animarum 7 mūditiā cleri 7 facerēt pre
dictum decretum suspendi in omnibus ho
stis ecclesiarum quod ideo esset multū ne
cessarium. quia sunt sic suspensi q̄ etiam
post satisfactiōē speciali indigent dispen
satione pape vel episcopi per innocentium.
extra de eta. 7 qualita. ordinā. Cum bone.
vbi allegatur predictum decretum 7 dicit
q̄ quando ad tempus suspenditur finito
tpe statī redit ad ecclesiam suam 7 cessat
suspensio 7 recuperat quod prius habebat
ff. de postulan. l. Puta. Aliter si sit suspens
sus quousq̄ satisfaciat sicut in ip̄dicto de
creto. quia tunc necessaria est dispensatio
post satisfactiōē. ij. q. iij. Presbyter. Ra
tio autē diuersitatis illa esse potest. quia
quando habet certum tempus suspensio
nis nec aliud exigitur nulla potest esse du
bitatio de eius absolute. sed quando di
citur quousq̄ satisfaciat multe possunt eē
dubitationes. quia vnus diceret plene esse
satisfactum 7 alius negaret. hec ibi. et q̄
predicti si sic suspensi celebrent sint irregu
lares. patet per Hostien. q̄ dicit q̄ notori
us fornicator celebrās incurrit irregulari
tatē sicut p̄ in sūma p̄fessor. li. iij. ti. xxix.
de lap̄. 7 dispensationibus. q. v. §. xiiij. et
est ratio quia talis a canone a diuinis est
suspensus. eē de coha. cleri. 7 mu. Uestra.
Et sic suspensus est irregularis 7 ad papā
mittendus pro dispensatiōē habenda fm̄
eundem Hostien. Argumentum ad hoc. eē
de cleri. excommunic. celebran. Apostolice.
Nec mirum q̄ sic sunt suspensi. quia pec
catum eorum nocet multis quos scandali
fant. sicut patebit. j. §. viij. A. propter q̄
debent agere penitentiam publicam vt q̄
viderunt culpam videant 7 penitentiā vt
ostensum est supra. p. xj. l. Nec mirus q̄
sacerdotes christi 7 christianoꝝ debent
esse sancti 7 mundi vt dictū est. quia de iu
deis scribitur. j. Machabeoz. iij. q̄ iudas
machabeus elegit sacerdotes sine macula
voluntatem habentes in lege 7 mundaue
runt sancta. reuera cum sacerdos dicatur
quia est sacrum dans. dist. xxj. Cleros. vbi
sic dicitur. Sanctus est sacerdos. quia san
cta sacramenta. sancta documenta alijs

dando est quasi fax accensa alijs lucens si
bip̄si nocens. xvj. q. vlti. c. Uult. 7 sicut li
xiuū lauans 7 alia alba faciens 7 non la
uatur. 7 cos aciens non acuitur sed consu
mitur dans alijs quod in seipso non ha
bet. Ita bona doctrina per malum docto
rem animas credentium lauat a sordibus
peccatorum. Quāuis igitur sacerdotē taz
a suis q̄ ab alienis criminibus oporteat
imūnem esse si tamen alioꝝ crimina cor
ripuerit non ideo verba sue predicationis
contemni debent. Saul enī cum esset pec
cator 7 a domino reprobatus populū dei
iudicabat. 7 David cum esset adulter 7 ho
micida interrogatus a propheta iudiciū
dedit qui ouem pauperis rapuit dicens. iu
diciū mortis est viro huic. Item salomō
cum amore muliercularum deos gentium
coleret tamē vniuersa plebs israelitica ad
eius iudiciū confluebat. Sic achab. q̄uis
coleret baal tamen decem tribus iudica
bat. multi etiam alij tam in veteri q̄ in no
uo testamento inueniuntur qui cuz essent
blasphemi tamen eorum sententia inueni
tur seruata quia processit cum ordinis iu
diciarij integritate. vnde dominus in euā
gelio. Super cathedram moysi sederunt
scribe 7 pharisei 7c. que dicunt vobis faci
te fm̄ opera autem illorum nolite facere.
Male tamē sibip̄sis faciunt. quia aliter a
gunt 7 iudicant. quia cōstat q̄ mali pasto
res dum sententia iusti examinis alioꝝ
crimina feriunt sibip̄sis nocent. dum sue
exemplo emendationis alioꝝ vitia cor
rigere non curant. Subditis vero profunt
si eorum increpatione correcti vel senten
tia coherfiti vitam suam in melius cōmu
tare didicerint ac per hoc dum ab ecclesia
7 deo tolerati fuerint eorum iudiciū sub
terfugere nō licet. ij. q. vij. Sacerdos. vñ
de per ipsos sacerdotes locum tenentes a
postolorum sacramenta 7 iudicia ecclesie
velut aqua per cānalia venit ad fertilē ter
ram. scio q̄ lapis ex aqua fructū fere non
potest. sed per lapides transit ad areolas.
In cānali lapideo nihil generatur sed or
tus plurimum fructum affert. Spiritua
lis enim virtus vt lux pura ab illumina
dis recipitur. sed per immundos homines
trāsiens nō coinquinatur. j. q. j. Si fuerit.
P Quantū ad tertius q̄ ordo sacer

Sacramenta

dotalis fit ab omnibus in honore habendus patet ex doctrina beati Grego. scribens ad mauritiū imperatorē. xj. q. j. Sacerdotibus. vbi nota q̄ iste imperator cōpellebat sacerdotes respondere sub suo examine et eis reuerentiā debitam minime exhibebat. ideo beatus Grego. scribit ei dicens q̄ omnes sacerdotes debet generaliter honorare et hoc p̄bat exemplo constantini et etiam paganorum imperatorū qui sacerdotibus sui temporis qui dijs et lapidibus seruiuerunt honorem maximū tribuebant. et ratio est quia in sacris eloquijs aliquando dii aliquando angeli nominantur. Idem patet ex doctrina eiusdem Grego. scribens ad hermantiiū metensium episcopum. di. xcvi. c. Quis dubitet. inquit sacerdotes xp̄i regum principum omniumq̄ fidelium patres et magistros censeri. Cum igitur reuerentia sit alicui exhibenda ratione dignitatis et superioris potestatis. xvj. q. ij. Ais. et ratione prelatōis. xvj. q. vj. Si fortassis. et ipsi habeant maximam dignitates et prelationes. vt ostensum ē ex prefatis auctoritatibus beati Grego. sequitur q̄ sint in honore ab omnibus habendi licet in eis vitia nō venerentur de quibus tamen vitijs nō sunt a subditis temere arguendi. dist. xxi. Nolite. nec eorum defectus debent reuelari sicut cham nisi ei qui pōt prodesse si potius abscondi sicut sem. dist. xcvi. In scripturis. sic igitur qui bene presunt presbyteri duplici honore in celo et in terra digni habeantur. j. Thimo. v. vide quattuor questiones sup. O. viij. quibus si bene respondes in morte eris sacerdos ieternū. quibus si vis bene respondere tene regulam illam supra. O. viij. Et sic benedicite sacerdotes domini domino.

S ij. Sacramenta

2. p.
8
Primo sunt ab omnibus veneranda. Secundo a mūdis de necessitate recipienda. Tertio a dignis ministris semp ad ministranda. A Primū patet. tum quia sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma. de conse. di. ij. Sacrificiū. tum quia sacramēta dicuntur quia sub tegumen

to corporalium rerum diuina virtus eorum dem sacramentorum salutem operatur unde a secretis virtutibus sacramenta dicuntur. j. q. j. Multi. de quibus Thob. xij. Sacramentum regis abscondere bonū est p̄pter fidelium premiationē et nō credentius sub sanationem. tum quia omnia sacramenta ecclesie tanq̄ riuuli fluxerunt a deo tanq̄ de fonte. igitur p̄pter hec tria omne sacramentum venerandū est. Nam p̄pter istas rationes de omni sacramento verificatur illud. Ephe. v. Sacramentum hoc magnū est. B Quātum ad secundum sacramentorum ecclesie quedam sunt necessitatis sicut baptismus. de cōse. di. iij. Nulla preter. et confirmatio ibidem. nullus ministro rum. quia in hoc sacramento augmentat gratia spūs sancti vt confirmetur ad pugnam contra hostes anime. de conse. di. v. Spūs sanctus. et c. Nouissime. ponitur aut in fronte cōfirmatio vt fides xp̄i sine erubescencia p̄dicetur. de conse. di. v. Nouissime. et sicut baptismus est sacramentum intransiū sic et confirmatio est pugnantiū. di. xxxij. Preter. S. Porro. et eucharistia p̄gredientiū quod et viaticum dicitur. xvj. q. vj. Qui recedunt. et penitentia est redemptiū. xvj. q. vj. His qui. et extrema unctio exeuntiū. xvj. q. vij. Ab infirmis. Ita etiā penitentia est peccatoribus sacramentum necessitatis. de pe. di. j. Non potest. que totiens debet iterari quotiens peccamus. qz qd̄ frequenti p̄uaricatione iteratur: frequēti sentētia condēnatur. ex de pe. c. j. Et iterari op̄s qd̄ male factum est. j. q. vlti. Daybertum. et qd̄ destructū est. Nam quoties ecclesia cōburitur aut sanguine aut luxuria deturpatur. totiens necesse est qz benedicatur et sanctificetur. di. lxxvij. Ecclesia. de pse. dist. j. Ecclesijs. Sic de anima qz iteratio culpe inducit aggrauationem pene. xv. q. vij. Hi qui iteratione. vide. s. l. xj. b. et l. xiiij. c. qz peccando sicut dicitur Sapient. ij. Nescierunt sacramēta dei. ergo necesse est qz penitendo illa cognoscāt. notas facere diuitias glie sacramēti huius. Colo. j. Alia vero duo sacramēta sunt voluntatis vide licet ordo. di. lxxvij. Ubi. et matrimonium. xxx. q. ij. Ubi nō est. Oia tamen tam illa q̄ sunt necessaria q̄ alia que sunt voluntatis sunt cum munditia sine peccatis mortali

Sacrilegium

bis recipienda et munde custodienda. quia sacramenta affectum recipientium et pietatis deuotionem exigunt. viij. q. j. Licet. Recepte igitur sicut non examinatus ordines future suscipiens deponitur. di. xxiiij. Si quis presbyter. ubi excipiuntur religiosi qui examinari non debent nisi de etate propter decretalem. ex de eta. et quali. ordinam. Venerabilem. in clemen. Ita qui recipit illud vel aliud sacramentum sine sui secreta examinatione conscientie et confessione inhonorat sacramentum et meretur deponi de sede et gloria cum spiritibus immundis. Et sicut qui non est baptisatus non potest recipere confirmationem. de conse. di. iij. In baptisate. nec etiam ordines. ex de pres by. non bapti. et si faceret esset iterum ordinandus. Ita nec confirmatione mundatus et patet. quia est magnam pietatem et puritatis sacramentum. j. l. bi. iij. Propter quod sacramenta non sunt danda impenitentibus. xxvj. q. vii. fere per totum. quia licet sacramentum in se sit bonum cedit tamen malo in malum. exemplo iude. j. q. j. Quod quidam. s. Opponitur. Sunt etiam dignis ministranda. quia non sacrificiorum magnitudines sed merita offerentium deus diiudicat. xxiiij. q. j. odi. Et sicut non baptisatus vel confirmatus non debet alium baptisare nec confirmare nec in his alium tenere. de conse. dist. iij. In baptisate. Et sicut excommunicatus hereticus scismaticus et apostata a fide non possunt excommunicare cum sint excommunicati. xxiiij. q. j. Audiuimus. ita nec absolueri per eandem rationem. Ita nec immundus potest congrue sacramenta ecclesie administrare cum sit per malam vitam extra ecclesiam et ab immundo quid mundabitur. Eccli. xxiiij. c. l. xix. A. vide de sanctitate et munditia ecclesie. s. O. viij. per totum. Sic ergo notum factum est sacramentum eph. j. Et nota quod nihil est pro sacramentorum collatione exigendum. j. q. j. Baptisandis. et c. seq. et ex de presumptio. Veniens. vide. s. D. v. a. j. S. xij. l.

Sacrilegium pri

mo habet latam distinctionem. Secundo duram punitio nem. Tertio difficile emendationem. A Pri

mo patet quia sacrilegium committitur aufe

rendo sacrum de sacro vel non sacrum de sacro. xvij. q. iij. Quisquis. Item frangens votum castitatis sacrilegium incurrit. xvij. q. j. Impudicas. quod facit omnis in sacris ordinibus constitutus vel in religione professus. quia illis duobus modis sollemnisatur votum continentie. ex de vo. et c. Quod votum. lib. vj. Et quod tale crimen sacrilegium sit grauius adulterio patet tam per dicta. s. l. xiiij. B. quod etiam per doctrinam Augustini. et hinc. xvij. q. j. Nuptiarum. plane non dubitauerunt dicere lapsus et ruinas a castitate sanctiore quam vouetur deo adulterij esse peiores. Si enim ad offensionem christi pertinet cum membrum fides non seruat marito quanto grauius offenditur cum ipse deus ipsi fides non seruetur. nec est contra hoc dictum clementi. xxij. q. vii. Quid in omnibus. ubi querit quid in omnibus peccatis est grauius adulterio et glo. ibidem respondet quod hoc dicit quo ad detestatioes criminis. Addit etiam quod illud peccatum cui grauior pena imponitur est grauius adulterio. ut xxiiij. q. j. Non afferamus. sed sacrilege luxurie maior pena imponitur clericorum quam a adulterio laycorum sicut patet. di. lxxxiij. presbyter. ubi tali imponitur penitentia durissimam sicut patet decretum illud intuenti cuius sententia est ista. Presbyter si fornicationes fecerit decem annis in hunc modum peniteat. Inclusus. sacco indutus. et humi prostratus misericordiam dei iugiter implorans tribus mensibus continuis a vespe in vespere in pane et aqua ieiunet exceptis dominicis diebus et principalibus festiuitatibus in quibus vino modico et pisciculis et leguminibus reficiatur. Elapsis sic tribus mensibus exeat de carcere non tamen in publicum procedat ne grex fidelis scandalum patiat. post hec resumptis aliquantulum viribus vno anno et dimidio continue in pane et aqua ieiunet exceptis dominicis diebus et festis in quibus vino. sanguine. et ouis. et caseo uti poterit et postea fiat participes sacramentis iesu christi ne indurescat et psalmos in choro cum fratribus canat vltimus ad cornu altaris non accedat. minora officia gerat. Deinde vero usque ad expletionem septimi anni tribus feriis in ebdomada scilicet secunda. quarta. et sexta in pane et aqua ieiunet exceptis paschalibus diebus. Et si sic septimum annum compleuerit et fratres apud quos penituerit eius condignam peni

Sacrilegiū

tentiam laudauerint poterit ep̄us eum ad grandum pristinū reuocare. Ita tamen q̄ tribus annis sequētibz omni sexta feria nulla misericordia interueniente in pane ⁊ aqua ieiunet. hec ibi. Et q̄ illud decretū nō sit abrogatūz sicut nec quodcūq; aliud editum ad dei honorem ⁊ salutem animarum pbatur. tum q̄ doctores sc̄z Hostiē. ⁊ Innocentius illud in summis suis ⁊ glōsis allegant ⁊ ppositum suū id allegando roborant ⁊ confirmant. tū quia inter. xlvij. canones penitentiales quos Hostien. ponit in summa sua ⁊ etiam alijs in summis suis. Ille canon presbyter si fornicationē fecerit est p̄mus inter canones. quē quilibet sacerdos scire tenetur aliter vix in eo nomen sacerdotis constabit s̄m August. dist. xxxviiij. Que ipsis. igitur nō est abrogatūz quia si sic frustra esset illud allegare ⁊ glōsare. quia nihil probaret. ⁊ esset labor sine fructu scribere ⁊ allegare. Negādo igitur abrogationē conceditur dissuetudo introducta per prelatorū negligentiam quorum aliqui parum curant exequi leges nisi sint bursales. s̄. M. vj. B. ⁊. P. xxi. per totum. Atinas papa deponeret istam imbursationem vt canones melius executioni demandarentur. quia de legibus nō est auditum q̄ permitterent vel dicerent aliquā esse abrogatam ⁊ expediret q̄ eodemodo se haberent iudices ecclesiastici ad alias sciētias lucratiuas. sc̄z honoris dei ⁊ animarū. q̄ paz est ius esse in ciuitate nisi esset q̄ iura tueres. ff. de origi. iij. l. i. §. Post originē. Nec illa consuetudo contra peccata viroꝝrum ecclesiasticorū que deberet tam dure vt dictūz est corrigi ⁊ puniri. punitur lenitervel aliqua pena corporalis mutatur in pecuniariā s̄ iura. s̄. L. xxiiij. B. ⁊. P. xj. L. potest vt videtur ratio esse abrogationis iure pertinentis ad honorem dei. quia sicut dicitur. ex de cōsue. c. vlti. licet longēue cōsuetudinis nō sit vtilis auctoritas nō tamē est vsq; a deo valitura vt vel iuri positivo vel rationi debeat preiudiciū generare nisi fuerit rationabilr ⁊ legitime p̄scripta. Sed vsus contra predicta nō est huiusmodi quia prebet incentiuū delinquendi. igitur nulla lex bursalis est de facto abrogata. Ita nulla lucratiua animarum de iure vt videtur per quā sicut dicitur. ij. Paral.

vj. Reddas iniquo in caput eius ⁊c. Itē sacrilegium est si quis quod venerabilibz locis relinquit studuerit retinere. xvij. q. iij. Sacrilegium. caueāt igitur sacerdotes vt dicantes locum religiosum relictum vel legatum nō solum propter periculum sacrilegij. sed etiam excommunicationis quāz incurrunt illi qui impediūt vel impedire pcurant quo minus vltime voluntates cōpleantur per constitutiones provinciales bonifacij archiepi cātuariensis in psilio. ⁊ dicenti q̄ constitutio illa ligat laycos. tū respondetur q̄ lex vel verba legis legalia penalitā ppter eandem rationem phibitionis debet extēdi ad nō nominatos in phibitione seu excommunicatione per leges. ff. de ser. corrup. l. j. dico adiūctis sibi alijs duabus legibus eiusdem tituli quarū vna incipit vt tantū. vl' s̄m aliquos. Et tantū. ⁊ alia. A seruo. in quibus habetur q̄ pena quā p̄tor ordinavit contra corruptorē seruorum ⁊ ancillarum in p̄ma lege illius tituli debet extēdi ad corruptores filiorū ⁊ filiarum licet p̄tor illos nō nominauerit vel exp̄sserit ppter eandem rationē delicti vel maiorem causam phibitionis sicut latius patet intuenti s̄m glōsam cardinalis. ex de elec. sup. c. Si forte. li. vj. sic in pposito ⁊ patet. Nec consuetudo debet dici sed corruptela. dist. viij. Mala consuetudo. Item dicitur sacrilegus qui ecclesiasticam personam ledit. xvij. q. iij. Sicut. Et q̄ sacrilegorum culpa sit magna patet. q̄ sacrilegus in rebus ecclesiasticis iude proditori comparatur. xvij. q. iij. Si forte.

B Quātum ad sc̄dm sicut sacrilegiū multipliciter cōmittitur. ita grauitervel punitur. Nam sacrilegij pena est infamia. vj. q. j. Infames. Item anathematisatio. xij. q. ij. Indigne. Item pena pecuniaria. xvij. q. iij. Quisquis. ff. ad le. iij. pecu. l. Sacrilegij. Si queras cui danda est pena pro sacrilegio dicas. vt. xvij. q. iij. Si quis in atrio. ⁊ ex de symo. De hoc autem. L

Tertium patet quia cum mediocrit̄ mali cū difficultate corriguntur. iuxta illud Proverb. j. Peruersi difficile corriguntur non est dubium quin sacrilegi cū sint valde mali difficulter emendētur sua ppria voluntate sed sunt corripēdi inuiti. quia magnum sacrificium deo offertur cū qui

in sua et aliorum perniciem debachatur compe
scunt. xxij. q. v. Quali. S. iij.

Sancti habent primum

in mundo tedioz multiplicitate
Secundo meritoz diuersitate. Ter
tio in celo primioz eternitate. In
primo fuerunt patientes. In secundo constan
tes. In tertio gloriates. A. In pri
mo habuerunt patientiam scientes quod so
cij tribulationum erunt et socij consolationis
ex testamento militum. l. j. vbi habetur quod
illi qui in bello eadem pericula experiunt
licet milites non sint sed homines alteri
conditionis tamen eisdem iuribus et priuile
gijs gaudebunt. quia vbi est eadem ratio ibi
est idem ius. sic de illis qui persecutionem
patiuntur cum christo sicut apostoli et marty
res et alij sancti fecerunt et faciunt adhuc.
quia et si non sint apostoli tamen cum ipsis
habebunt premium dicente aplo. ij. Thim. ij.
Si sustinemus et conregnabimus. et ij. Co
rinth. j. sicut socij estis passionum. sic eritis
et consolationis. Et veraciter hoc modo. s.
permittendo matrem suam et amicos suos
habere hic paupertatem et multas tribula
tiones certissimo signo ostendit aliam vi
tam restare. quia aliter politica et dominium
dei esset peius et iniustius quam mundi et domi
nium terrenum. Exemplus de operario qui pro
dieta capit cibum et denarium vbi filius qui
habebat hereditatem in ope maioris laboris
non recipit nisi quadam sustentationem spe ma
ioris. h. applica ad peccatores et abundantes in
seculo et ad illos quos dominus elegit pauperes in
h. mundo diuites autem in fide. Jaco. ij. pro quod
deus est mirabilis in sanctis suis. quod quod ad usum
mundi deduxit eos in via mirabili. Sap. x.
Et multum rationabiliter. quia mali pro pau
cis bonis que faciunt in presenti remuneran
tuntur et in futuro plenius punientur. de
pe. dist. ij. s. q. q. et sancti e contrario. exem
plum de diuite et lazaro. Luce. xvj. Et sic
deus temporaliter et eternaliter remunerat.
xxij. q. ij. Si quilibet. Et iustum est quod illis
dat mercedem eternam qui fuerunt socij
eius in dono et in lucro ut patuit. s. p. v. s.
dicens illud. Luce. xxi. Vos estis qui per
mansistis mecum in tentationibus meis et ego
dispono vobis ut edatis et bibatis super me
sam meam in regno meo. et quando vocabit

sanctos ad regnum deponet malos in infer
num unde erit quodammodo de eis sicut de per
fectis egypti de quibus sic est ordinatum pro
legem. ff. de offi. prefe. augu. l. Unica. quod il
le quem imperator vult ibi de nouo perfectum fa
cere in ciuitate alexandria que est metro
politana egypti intrans preponitur et ho
noratur et alius deponitur qui prius fuit
in potestate. sic deus deponit potentes de
sede. Luce. j. quia sanctis vocatis et intran
tibus ciuitate celi quam dicit venite benedicti
patris mei possidete regnum. Mat. xv. mali
qui prius habuerunt potestatem in mundo deponen
tur in infernum. et h. mutatio dextere excelsi.
vide quod iste processus in iudicio mundi cor
dat. s. R. ij. d. r. vij. c. Sic igitur sicut in bonis
operibus et tribulationibus nunc socij sanctorum ut pos
sitis tunc cum omnibus sanctis comprehendere Ephe. ij.

B. Quatum ad secundum sancti habebunt meri
torum diuersitate. Nam quidam fuerunt de statu et
merito aploz quos dominus misit ad predicandum si
ne auro et argento sine baculo et virga ut ab
eis tollerent icetina liq. et instrumenta vitioz
xj. q. ij. ita quod predia non possiderunt. s. pro
pter egentes acceperunt. xj. q. j. Futura. Alij
vero habuerunt statum martyrum et meritum et hnt
nunc premium quod pro christi nomine martyrisant absque
dubio vitam eternam consequuntur. xv. q. j. Meri
to. s. Firmissime. cum quibus christiani sunt in celo
mercedem vendicare quod et si affectus martyrij
ad effectum non deducatur ipsa sola voluntas co
ronatur. de pe. di. ij. Nunc quod. Sed quod posset esse
martyr si antipater veniret remittendo suis
occisoribus quod non potest inuenire in corde suo ut
dimittat quam iniuriam sibi vel facti sine ma
gna emenda cum martyrium contumaciter vehe
mens sine charitate non valeat. de pe. di. ij.
Euidetur. r. j. Cor. xij. Si dederero corpus meum
ita ut ardeam charitate autem non habuero ni
hil mihi prodest. Alij habuerunt statum et meri
tum patriarcharum quod multum placuerunt deo pro ho
spitalitate sicut pro. s. h. vij. a. Alij vero pro ph
ra qui pro populo dei propter malitiam non deserebant sed
arguebant. xxij. q. iij. Tolerandi. quod est pro pla
tos illos. s. D. xij. b. r. p. xv. a. et quidam mali
prophete mueram et super accipiebant. j. q. j. Ju
dices et etiam donum prophetie videbant ibidem.
Sic adhuc quod non gratias sacra ministrat. D. v
a. r. s. ij. c. Alij vero habuerunt statum et meritum
et hnt nunc premium professorum maxie quod professio
nem fidei christiane habebant et confessionem

Sapientia

proprie culpe integre faciebant et sequen-
ter aliene culpe confessionem perfecte audie-
bant. quorum vices gerunt adhuc sancti pa-
tres spirituales quos qui continent plus pec-
cant quam continentibus pres carnales. ij. q.
vij. Qualis. in textu et in glosa. Laueat igitur
qui continent confessores suos quan-
do non loquuntur eis placentia. Argumentum
ad hoc. s. f. vij. l. Alii habuerunt statum et
meritum virginitatis quod magnum est. quia si-
cut matrimonium implet terram. ita virgini-
tas celum. xxij. q. i. Nuptie. et ideo antefer-
tur nuptiis ibidem et tamen sine operibus
bonis non saluat. xxij. q. v. Tunc saluabitur.
Sic igitur distincta sunt merita sanctorum
et secundum hoc habent distinctionem in celo in
quo differt unum a gloria alterius sicut stel-
la differt a stella in claritate. i. l. xv. Et
sicut sancti habuerunt ut dictum est merita
specialia. ita habent et premia specialia. quia si-
cut in arbore fructifera requiritur vita in-
terior et cortex exterior et fructus vberior.
Ita opus quod quilibet sanctus habuerit tunc
et quilibet christianus habeat nunc sanctitates
cordis gestus et operis. id est bone vite et
fame apud deum et quod sit sancte conversatio-
nis ut de eoverificet illud Esa. vi. et Apoc.
iij. Sanctus sanctus sanctus. de quibus pme.
i. Pet. iij. Dominum iesum christum sanctificate
in cordibus vestris. id est corda vestra et ope-
ra et omnia alia per ipsum sine quo non erunt
stabilia vel sancta sed cessabunt et erit de
talibus operibus honoribus diuitiis et de-
litiis sicut de electione prelati qui eligitur vo-
candis non vocatis. Nam sicut non vocatus
potest libellum proponere coram iudice ad
cassationem electionis habens hanc formam
Coram vobis propono ego talis contra ta-
les quod cum sim canonicus et prebendatus talis
ecclesie vocemque habeam eligendi nuper
vacante ipsa ecclesia canonici dicte ecclesie
me qui in tali loco absens eram vnde vocari
debueram et interesse poteram et debebam
non vocato sed contempto ad electionem talem
de facto processerunt et procedere presumpserunt
quare peto prefatam electionem in contemptum
meum meique iuris preiudicium attemptatam
cassari et irritari. probantur hec. ex de ele.
c. ij. et c. Venerabiles. et c. Inter vniuersas.
et c. Coram. et c. Benef. Applicatio patris de
eo qui dicit. Johan. xv. Sine me nihil po-

testis facere. et de operibus nostris sine ipso
factis. In gloriam igitur dei omnia faci-
te. i. Corinth. x. quia hec gloria in omnibus san-
ctis eius. in ps. Et quantum ad ter-
tium sancti habent non solum in celo gau-
diorum eternitatem sed etiam multiplicita-
tem. quia secundum quod habuerunt multiplices do-
lores secundum hoc variantur eorum consolatio-
nes. iuxta illud ps. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolatio-
es tue letificauerunt animam meam. Nec mi-
retur quisquam quod deus voluit sanctos suos sic
expectare et exaltare. quia sicut papa quan-
do vult et debet aliquos canonizare deus prius
inquirere de vita sancti de cuius canoniza-
tione agitur et postea ipsum canonizare
ut est de testi. venera. Item nullus etiam si
mirabilia faciat debet coli nisi per romanam
ecclesiam fuerit approbatus. est de reli. et
venera. san. c. i. Nec reliquie sine ipsius ap-
probatione sunt villo modo venerande ibi-
dem. c. iij. Nota contra venerantes reliqui-
as questuarius. nec sunt vendende. ibidem
c. iij. Ita deus vult quod expectet annum proba-
tionis. quoniam cum probatus fuerit acci-
piet coronam vite. Jaco. i. Et in hoc sancti
sunt sicut serui laborantes dum hospites
comedunt sed dum illi in mortis nocte dor-
miunt et decedunt tunc isti inuitantur et
quia qui pro bono quod agit temporaliter re-
munerari non querit. merces illi deus erit.
xxij. q. iij. Dicat.

Sapientia est

triplex. Primo quedam
vere existentie. Secun-
do quedam vane appa-
rentie. Tertio quedam
maligne fallacie. p. pri-
maz spiritus sanctus bonos regit et reficit. per
secundam mundus vanos decipit. per terti-
am spiritus malignus multos inficit et de-
struit. A Quantum ad primum sicut
ille reputatur sapiens apud mundum qui
scit sine defectu narrare in forma legis nar-
rationem seu factam coram iudice terreno
ad lucrandum terram morientium nihil omit-
tens de pertinentibus ad ostensionem iuris
sui. Ita coram deo qui sic narrat peccata sua in
confessione ut lucretur corpus et animam suam sicut

alius potest lucrari terram pro se et heredi-
 bus per leges. C. de aduo. diu. r. iudi. l. i. Re-
 stituende. ubi lex querit utrum aduocatus qui
 in certa curia multa lucratus possit illa heredi-
 bus suis relinquere et tenet quod licite ac-
 quirit potest. Et si illa que habet ex nobilitate
 generis potest heredi relinquere multo fortius
 illa que acquirit sua sapientia cum sa-
 pientia sit potior genere. sic in proposito.
 Nam concupiscentia sapientie perducit ad
 regnum Sapientie. vi. Corpus et animam. et
 patet. huic concordat alia lex. C. de postu-
 l. Prouidendum. Cuius legis casus sic con-
 ducitur. Cōtingit quod aliqui aduocati sunt eli-
 gendi aut postulandi in aliqua curia. sicut
 modus est in multis curijs. aliqui vero qui
 uellent eligi sunt diuites. aliqui nobiles.
 aliqui uero sapientes dicit lex quod isti sunt
 preponendi. quia inter omnes fortunas plus
 ornat sapientia. Ita de preponit tales ad
 celum. quia lex dei predictis concordat Pro-
 uerb. viij. Melior est sapientia cunctis opi-
 bus. et infra. ca. xvj. Posside sapientiam. quia
 melior est auro. et Ecclesiastes. vj. Utilio-
 rem dixi sapientiam diuitijs. et Eccles. ca.
 ix. Melior est sapientia quam arma bellica id
 est potentia. Et non obstante quod uera sa-
 pientia sit tam utilis et necessaria deus dat
 illam diligentibus. ita copiose sicut aquam fon-
 tis propter quod dicitur Eccli. i. Fons sapientie
 uerbum dei. et Prouer. xvij. Aqua profun-
 da uerba ex ore uiri et torrens redundans
 fons sapientie **B** Super quo nota
 primo quod sapientia comparatur aque propter
 eius copiositatem. quia sicut aqua est omnibus
 communis. ff. de re. diu. l. Nemo. ita sapien-
 tia que foris predicat in plateis dat uocem
 suam. Prouer. i. Dicens. Eccli. xxiij. Ego sa-
 pientia effudi flumina. Secundo propter
 eius utilitatem de qua dictum est supra isto
 capi. Tertio propter eius perpetuitatem. quod
 sicut quedam flumina sunt perhennia. quedam
 uero deficientia. sicut torrentes que fluunt
 hyeme sicut. ptz. ff. de fluminibus. et ne quid
 in flumine publico fiat. l. i. Sic sapientia
 uera attingit a fine. i. a terra usque ad finem
 Sapientie. viij. id est usque ad celum sine fine.
 Sed certe omnis alia sapientia est sicut torrens
 et non durans: nisi dum hic uiuit in mun-
 do quod est quasi turpis hyemis respectu pul-
 chritudinis estiuu celi. propter que bene uo-

catur Jaco. iij. Sapientia terrena animas
 las et dyabolica. Et sicut nihil debet immitti
 in flumine per quod cursus eius perpe-
 tuus posset impediri uel mutari quod si fa-
 ctum fuerit tolli debet. ut. ff. ne quid in flu-
 mine ripa ue eius fiat. l. i. Ita nec uerbum
 dei que est uera sapientia deberet aliqua
 terrena occupatio esse impedita uel ali-
 quo lucro uel delectatione uel alicuius ma-
 litia maculari uel retardari. quia sapientia
 vincit maliciam. Sapientie. viij. Recte. igitur
 sicut ille riuus qui consueuit esse apertus
 non debet cooperiri terra nec abscondi. quod
 sic comodum eius auferret. ff. de riuis. l.
 Labeo. sic nec et partz Eccli. xlvij. Impletus
 quasi flumine sapientia. **L** Quantum
 ad secundum dicitur de uana sapientia
 xvj. q. ij. Qui sine saluatore. Qui inquit
 sine uera sapientia estimat se prudentem esse
 uel posse fieri non prudens: sed stultus est
 quia Sapientie. xij. Vanus sunt omnes homi-
 nes in quibus non scientia dei. quia scien-
 tia uel sapientia que ad tropologiam non
 conuertitur uana est. quia in uanitatem et
 in sensus obscuritates deducit dist. xxvij.
 Nonne. dicentes se esse sapientes stulti fa-
 cti sunt Roma. i. **D** Quantum ad
 tertium illa est sapientia dyabolica. Jac.
 iij. Et maligna que conuertitur et lucra con-
 tra leges rationabiles que prohibent unum
 contractum qui dicitur esse quando aliquis
 dat alicui mundi sapienti uel potenti unam
 partem alicuius rei ab alio occupate ut si
 bi acquirat aliam partem quod est prohibetur
 ff. de pac. l. Sumptus. et. C. de man. l. Ana-
 stasio. in qua dicitur quod de re mihi debita
 non licet mihi alteri unam partem vende-
 re. et alteram dare: ut totum lucretur a des-
 bitore. Item. C. de postul. l. Si quis. et. l.
 Quisquis. et ratio est quia leges presumunt
 quod quando aduocatus uel alius sapiens mun-
 di paciscitur de tota parte litis per phas-
 vel per nephas conatur ut possit habere uis-
 ctoriaz. quia si succumberet nihil haberet
 pro labore. Aliam rationem tangit glo. ex
 parte dantis. quia sicut infirmus omnia dat
 medico timore mortis. Ita talis post litem
 motam uidens periculum imminere si suc-
 cumbat. quia forte condemnabitur aduer-
 sario in multis expensis. et quod forte timet
 sibi de morte dat totam causam litis quod

Satisfactio

non licet. sic nec licet quod post litem motam aliquis actionem suam transferat in potentiorum. C. ne liceat potest. l. j. Sed an liceat alicui ius suum vendere quod preterit se habere ad aliquam partem. et videtur quod non per leges et rationes predictas. In contrarium est quotidiana consuetudo vel abusus. Dicunt iuriste quod ante litem motam licitum est: sed non post. et causa potest esse que tangitur in predicto exemplo de infirmo. sed quare non licet ante litem motam pacisci de parte litis: sed licet isti totam litem vendere. Studentes respondent quod iuriste non satisfaciunt bono conscientie. quia sapientiam dei non cognouit mundus. j. Corinth. j. Quia sapiens nulli nocere intendit. vj. q. j. capi. Sapiens.

S. vj.

Satisfactio debiti

Item vel iniusti facienda deo vel homini. sic debet fieri. Primo cum iuris equitate. Secundo cum temporis celeritate. Tertio cum cordis iocunditate. **A** necessitas primi patet per legem de seruo pignori dato supra. l. v. l. et quia nisi fiat restitutio integre absolutio satisfactio negligentis non valet supra. r. vij. b. Et ratio est bona. quia satisfactio est peccatorum causas excidere nec eorum suggestionibus aditum prebere. de pe. di. iij. Circa principium. quod non potest fieri nisi homo integre confiteatur et satisfaciatur. quia usque ad illud tempus radices peccatorum remanent vel ipsa peccata in se cum suis radicibus. In quo casu deberet esse de male confitente. sicut de male computante. quia sicut ille qui vno die deficit in computo dando. quia omisit computanda. postea potest redire ad auditores et corrigere computum suum usque quo computus suus sit finitus et clausus: sed post non auditur in allegatione erroris sui per legem de errore calculi id est computatio. l. Anica. sic de isto qui non bene computauit culpas suas. et propter quod docetur Eccles. xvij. Ante mortem confiteri. quia a mortuo quasi nihil perit confessio. **L**

Quantum ad secundum oportet quod fiat tepestive patet. quia aliter non presequitur appellationem suam. sicut patet supra. a. xvj.

Scandalum

b. Et quia aliter est in periculo totum pendendi. quia sicut ille qui habet apud falsum hominem bonum pignus impignorat. et nescit utrum poterit ultimo die statuto pro acquisitione acquitare illud. Sultus est si hoc non faciat ante illum diem ita cito sicut potest. quia secundum legem totum tempus medium ad soluendum liberum relinqui intelligitur ff. de solu. l. Quod in diebus. Ita ille multo stultior est qui habet animam impignoratam falsissimo dyabolo. et patet. Ne igitur tardes conuertere ad dominum nec differas de die in diem Eccli. v. **E** Quantum ad tertium ut fiat cum hilaritate peccator est nimis stultus. quia interim multa perdit. quia sicut illud quod plantatur vel seminatur in solo alieno perditur seminanti. quia est illius cuius est solum Insti. de re. diu. s. Ex diuerso. Sic postquam hostis lucratus est animam peccantis ipse perdit omnia bona que interim facit quo ad vitam eternam usque quo per penitentiam satisfecerit. Et antequam igitur et libenter deberet satisfacere dicens deo secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. in psal. **S** vij.

Scandalum triplex

Item primo est periculosi exempli. Secundo maliciosi animi. Tertio utrumque erit durum iudicium. Primum est datum ex parte illicite agentis. Secundum est attemptatum ex parte peruerse cogitantis. Tertio et utrumque erit iudicatum ex parte iuste condennantis. **A** Quantum ad primum grauius peccat qui proximum indebite scandalizat. x. q. iij. Cauendum. quia dantes occasione scandali sunt rei eorum qui scandalo perierunt. j. q. j. Hi quoscumque. quia qui occasiones damni dat damnum dedisse videtur. extra de iniur. et dam. da. Si egressus ignis ut igitur tale periculum vitetur quandoque est a licitis abstinendum. sicut dicit apostolus. Si scandalizo fratrem meum non manducabo carnes in eternum. extra de noui ope. nuncia. ca. ij. et xxij. q. iij. s. j. et supra. a. iij. b. et propter eandem rationem consuetudines terrarum dummodo non sit contra salutem animarum sunt seruande di. xij. Illa. Exemplum de matre Aug. et Ambro. dicentis

Cū mediolani sum nō ieiuno. cū romāves
nio sabbato ieiuno. 7 sic mater Augustini
fecit consuetudinē seruando 7 scandalovi
tando. Et illa ratione xps soluit tributus.
Mattb. xvij. 7. xj. q. iij. Inter verba. 7 illa
de causa aliquid concedit qd non esset cō
cedendū di. xcv. Presbyteros. 7 omittitur
qd de iure esset faciendū di. l. j. Aliquātos.
7 breuiter nihil personale cū scandalo fa
ciendū est. extra de tempo. ordinā. Ad au
res. Et tamen nemo dō ppter scandalum
vitandū mortaliter peccare. extra de noui
ope. nuncia. Cū ex iniuncto. nec a tramite
veritatis recedere exemplo xpi qui ppter
scandalum iudeorum noluit dimittere do
ctrinā veritatis. extra de voto rē. magne.
Sed in alijs caueat a scandalo actiuo ne
ei dicatur. ve ei per quem scandalū venit
Mattb. xvij. 7 extra de noui ope. nū. c. ij.

B Secundū scandalū surgit ex sa
na doctrina. xj. q. iij. Inter verba. sicut phi
lisei fuerūt scandalizati audito verbo xpi
extra de voto rē. Magne. Et nullus debz
bonū dimittere ppter scandalū vllū. extra
de renun. Nisi cū pridē. qz est sicut dicit.
Ezech. vij. Scandalum iniquitatis eorum

L Quantū ad tertiū iudiciū scan
dali erit durū. qz raro cōfitemr de scanda
lo vel min⁹ satisfaciūt. qz publice peccan
tes publice satisfacere deberēt. xj. q. vlti.
Canonica. 7 Deut. xv. Pro mensura pec
cati erit 7 plagarum modus. qz duo mala
fecit vnū. qz peccauit aliud: quia peccare
aliū vel alios fecit. ideo nō sufficiat qd sa
tisfacit de vno tm̄ de pe. dis. iij. §. His au
toritatib⁹. 7 nota casuz. s. p. xj. a. 7. b. tuz
qz videt qd pena scādalizatiū tristat post
mortē xpm p casuz sup positū. c. vij. b. tuz
qz expectantes vsqz post mortē nō potue
runt scandala prius data reuocare p casū
legis. Esto qd iudex ordinari⁹ alicui cām
cōmittat. 7 ille recipit 7 aliquātulū pce
dit in eadē nunqd poterit postea reuoca
re videt qd nō. qz mādatū non reuocat ni
si re integra. extra de elec. In causis. 7 ex
tra de pcur. Ex insinuatōe. 7. C. de actio.
7 obliga. l. Si tamen ab initio. Contra ius
diciū soluitur vetante eo qui iudicare ius
sit. ff. d. iudi. l. Iudiciū soluit. 7. C. e. l. cū p
tor. 7. ff. de offi. proconsul. l. Solent. Pōt
dici qd si reuocet anteqz desinat esse iudex

valet reuocatio sic qui reuocat per confes
sionem peccata sua. 7 exempla mala cum
potest seipsum iudicare. 7 reuocationem
q̄tum est possibile. innotescit illis quos
scandalizauit. valet reuocatio. exemplum
de illo qui iussit verberari clericum mans
datum reuocante supra. c. iij. b. et de illo q
fecit pacem cum vulnerato. 7 de plagis 7
de omni periculo in posterum contingens
ti supra. q. xiiij. a. Nam iuri futuro per pa
ctum renunciari potest. C. de pact. l. j. Et
de periculum scandali supra. a. ij. a. p. x. c.
e. xj. b. 7. c. et qd sint homicide. a. ij. Itē cō
tra tales. o. viij. §. Et modo quo dictus est
ante mortem vos iudicate ne ponatis of
fendiculum vel scandalum. Roma. xiiij.

S viij.

Scientia triplex

S Prima mundane bonitatis.
Secunda misericordie pie
tatis. Tertia mundane vani
tatis. Prima laudabilis. Secunda vtilis.
Tertia damnabilis. **A** Prima lau
dabilis. quia scientia liberalium artium va
let ad sacram scripturam intelligendam.
dist. xxxvij. De quibusdam. Valet igitur ad
theologiam intelligendam. qua fides cas
tholica roboratur. 7 cuius studium precis
pue approbatur. extra ne cleri. vel mona.
rē. Super specula. Possumus autēz scien
tias seculares legere ne ignorem⁹. 7 ei cō
traria repudiem⁹ di. xxxvij. Legim⁹. Et ad
illam intentionem debent clerici studijs
interesse di. xxij. His igitur. qz tales lau
dabiliter seculares litteras addiscunt qui
qd in eis vtile inuenerint ad vsum sacre
eruditionis conuertunt distin. xxxvij. Tur
bat. vide supra in prologo. Recte igitur si
cut clerici prebendati: qui de licentia epi
scopi sunt in studijs generalibus habebūt
fructus beneficiorum suoz. extra de cleri.
non residen. Tue. Ita qui predicto modo
theologiaz student. 7 in alijs propter illā
habebūt fructū prebēde celestis Sapien.
vj. Ponam in lucem scientiaz. quia qui sic
dicit habet veram scientiā qua xps inue
nitur di. xxxvij. Legim⁹. in fi. qz de⁹ est ca
put 7 auctor talium sciētiaruz ibidem. 7. j.
Reg. ij. dicitur de sciētiarum domin⁹ est.
vide aliam causam quare est addiscendū

- 2. p.

3. p.

Senectus

supra. l. iij. a. **B** Quantum ad secundus scientia pietatis est scientia novi et veteris testamenti dist. xxxvij. Si quis grammatice. et conuertendo istam ad tria in quibus dei cultus consistit in bonitate scilicet scientis. et illa scientia est necessaria. sicut patet supra. c. vj. b. et disciplina delinquentis: et in doctrina proficietis pro quo docendo necesse est habere succum litterarum. sicut patet supra. l. iij. a. que comprehenduntur in psalmo bonitatem inquit et disciplinam et scientiam doce me etc. Et sic charitas vestra magis ac magis abundet in scientia philip. j. Quia qui rebeliter uiuit: et dicere atque agere bona recusat potius dyaboli quam christi membrum esse ostenditur. et potius infidelis quam fidelis esse monstratur dist. xxxvij. nullus. **L**

Quantum ad tertium sine predictis conditionibus omnes alie sunt vane. Superi. xij. Vanus sunt homines in quibus non est scientia dei et uilibus bestiis similes. unde Orige. dist. xxxvij. Legimus. S. Hinc est. per cymphes et ranas quibus egyptij sunt percussi garrulitates et sophistica argumenta intelligit. et Hiero. super Esa. et habet dist. xxxvij. Vanus inebriantur. dicit quod tales vanitates tendicula siue vincula quedam sunt et fantasmata appellanda id est vmbre et ymagines quedam que cito resoluantur. et tamen multi qui deberent spoliare egyptios. iuxta illud dist. xxxvij. Hinc. et S. Sed contra legitur. ubi sic legitur quod moyses precepit filiis israel: ut spoliarent egyptios auro et argento moraliter instruens: ut siue aurum sapientie: siue argentum eloquentie: apud poetas inueniremus in usum salutifere eruditionis vertamus. potius spoliant theologiam. qui uel trahunt eam ad tales vanitates vel illas nimis talibus immiscet et maculant: vel nimis intendunt illis non aduertentes. quomodo Hieronimus fuit ab angelo correptus eo quod uir christianus libros ciceronis legeret. et figmentis paganorum intenderet dist. xxxvij. Legimus. A ueritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur. j. Thymo. iij. Et ideo sunt semper discentes. et nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. ij. Thymo. iij.

S ix.

Senectus triplex

primū in hoc qꝛ lex veritatis fuit i ore eiꝛ
que lex nō est in ore eius qui non fideliter
confitetur quia s̄m Hostien. de sacra vn-
ctione. §. ij. A quo. versi. Sed que dicunt.
si in baptismo vnus immergat puerū bap-
tisandum ꝛ alius dicat verba quia forte
vnus illoꝛ est mutus ꝛ alter ineptus vel si
vnus dicat partem verborum ꝛ alius aliā
partes vel si vna pars dicatur ꝛ alia omit-
tatur nihil agitur quia sacramēta ecclesia-
stica sunt sacramenta integritatis ꝛ vnita-
tis quia vnum sacramentum vna fides et
vnū baptisma ꝛ diuidi nō debet. de conse-
di. ij. Qua passus. ꝛ quia etiaz ipsa forma
verborum ostendit qꝛ ab eodem debet fieri
immersio ꝛ verborum pronūciatio. Sic
nec baptismus spiritualis debet diuidi vt
vna vice dicat vnā partem peccatorum
ꝛ alia vice aliam vel forte nunqꝛ alius vel
vnus pronat verba confessionis ꝛ aliꝛ im-
mergat id est agat penitentiam. Sicut igitur
vnus integre dicit verba ꝛ immergit ita
ꝛ patet. Et sicut illud fit cito ne infans si-
ne baptismo moriatur ita ꝛc. Et
sicut infans prius baptisatꝛ ꝛ postea por-
tatur ad altare ꝛ deo presentatur ita ꝛ ꝑꝛ.
Et sicut adultus baptisatꝛ non recipit gra-
tiam sed characterem tantum nisi sit cōtris-
tus de peccatis suis. de pe. di. iij. Omnis.
ꝛ. ij. c. sequenti. Ita nec ꝛ patet. Et sicut nō
valet conditio apposita in baptismo adul-
ti per istum modum. Si contingat te mori
in ista infirmitate vel in isto bello ego
te baptiso in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiri-
tus sancti. Si autem euadas volo qꝛ sis si-
cut prius fuisti iudeus vel paganus. quia
sacramenta ecclesie non recipiunt illici-
tam conditionem. Argumentum ad hoc.
di. xvj. Deinde. ꝛ habet. s̄. B. j. a. Ita nec
in recipiēte baptismū p̄nie timore mortis
vel in paschate vel in quadragesima cū ta-
cita p̄ditione voluntatis qꝛ vult esse talis
post p̄ditionem cōfessionis qualis fuit an-
te. qꝛ sicut in matrimonio mūdiali quādo

Veritas

fit contractus matrimonialis sub cōditio-
ne turpi vel impossibili est reprobatus. ex
de conditio. apposi. in sponsa. vel alijs cō-
tracti. Si conditiones. ita in spūali ⁊ p̄s.
Et sicut aqua est p̄dita in adulto baptisato
qui nō h̄s voluntatē dimittendi malam
vitā precedentē ita p̄fessio ⁊ p̄s. quia sicut
in illo requiritur voluntas recipiendi xp̄ias
nitatem nec verba sufficiūt sine voluntate
Ita nec hic. Sed q̄d si in baptismo appo-
natur cōditio licita. verbi gr̄a xp̄ianus ha-
bens puerū pagani nutriendū in periculo
mortis ip̄m baptiset sub tali forma. Si p̄-
tuis cras cōsenserit ego te baptiso ⁊c. Lū
nō sit licitum baptisare infantes infidelīū
sine patris assensu ⁊ cū forma huius sacra-
menti recipiant conditionē sicut patet. du-
bitatur an sit baptisatus. ex de bap. ⁊ eius
effectu de quib⁹ dubiū. videtur q̄ ista for-
ma sit licita ⁊ honesta sed quid si puer ille
moriatur nocte illa anteq̄ patris assensus
requirat non videtur q̄ aīa eius vadat ad
celum quia cōditio nō est impleta. Cum
sicut in aliquo matrimonio cōditio ip̄o-
sibilis apposta est reiicienda ⁊ debet pro
matrimonio iudicari. ex de cōditio. Si cō-
ditiones. Ita hic pro sacramēto baptismi
⁊ pro salute pueri. quia anteq̄ cōditio po-
tuit impleri transiit de foro illius ecclie
ad tribunal dei in quo misericordia ⁊ veri-
tas obuiauerūt sibi in p̄s. Ita de illo q̄ ve-
re cōteritur de peccatis ⁊ cogitat firmiter
q̄ cum venerit ad sacerdotē velit confite-
ri si moriatur nocte illa ⁊ p̄s in p̄s. Dixi cō-
fitebor aduersum me iniusticiā meā dño
⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. ⁊ Jo-
han. viij. Cognoscetis veritatē ⁊ veritas li-
berabit vos. vide. s. d. viij. A. Quia simile
est in hoc de oratione ⁊ p̄fessione. D

Secūdum q̄ dicit iniquitas non est in-
uenta in labijs eius sicut ē in labijs detra-
ctoris ⁊ mentitoris de quibus in p̄s. Non
est in ore eorū veritas quibus nullus cre-
dere deberet. quia criminosos se ostendūt
⁊ criminoso de cōfesso super crimine alio-
rum nō creditur nisi in crimine lese maie-
statis ⁊ symonie nō ad cōuincendum. sed
ad presumendum. ex de confes. c. j. ⁊ ex de
testi. Clemens. Recte igitur sicut iudex de-
bet dentibus suis lacerare libellum quan-
do videt ineptam actionem proponi. ex de

iudi. *Examinata. s. in Innocen. in glo. vlt.*
Ita verba detractoris deberent a cunctis
auditoribus conculcari simul dicentibus
quare detraxisti sermonibus veritatē. Job
vi. sed nō est sic quis multi libentius audi-
unt detrahentem q̄ p̄dicantem. q̄ a veri-
tate quidem auditus auertent ad fabulas
autem cōuertentur. j. Thimo. iij. E

Tertius est in hoc q̄ in pace ⁊ equitate
⁊c. quia ad viros ecclesiasticos qui alios
docent viam pacis ⁊ veritatis pertinet in
illis vijs ambulare ⁊ veritatem libenter p̄-
nunciare. xj. q. iij. Nolite. quia qui verita-
tem nō defendit quā defendere cōuenit p̄-
ditor est veritatis. xj. q. iij. Non solus. ⁊c.
Nolite. ⁊ vbi de fide vel salute agitur qui
veritatem occultat. Fram dei super se pro-
uocat. xj. q. iij. Quisquis. Nullus igit̄ per-
cat quia melius est p̄ veritate pati suppli-
cium q̄ pro adulatione assequi beneficiū
xj. q. iij. Nemo peritorum. Dicis igitur et
impleas illud p̄ueroib⁹. viij. Veritatem
meditabitur guttur meū. Exemplo illius
cui dictum est. Matth. xxi. Verax es ⁊ vi-
am dei in veritate doces. Sed heu tria so-
lent impedire veritatem. Primo carnalis
amor. Secūdo timor. Tertio auaritia. iij.
q. v. Accusatores. Vel testes. ⁊ xxxv. q. vj.
Episcopus. Et tam dure tenent guttur il-
lorū hominū qui veritatem dei in iniusti-
cia detinent. Roma. j. q̄ cōmutauerūt ve-
ritatem dei in mendaciū ibidem. quia vbi
veritas nō defensatur opprimif. di. lxxiij
Error. Ideo corruit in plateis veritas ⁊ eq̄-
tas nō potuit ingredi. Esa. lix. F

De tertia veritate Thobie. xiiij. Seruite
dño in timore ⁊ veritate ⁊ inquirete que bes
neplacita sūt ei ⁊ hec veritas bone vite p̄-
p̄ nullū ē dimittēda. xxxij. q. v. ita ne. nec
propter scandalum. ex de reg. iij. Qui scan-
dalifauerit. nec propter consuetudines. q̄
veritas p̄fertur consuetudini. quia xp̄us
non dixit. Ego sum cōsuetudo sed veritas
di. viij. Veritatem. sed heu in omnibus p̄-
dictis p̄ctis diminute sunt veritates a fi-
lijs hominū p̄s. ⁊ male. quia si quedā sunt
seruitia aliorum tenentiū ⁊ specialiter li-
bertorum indiuisibilia vulgariter minus
portabile sicut obsequiū gratitudinis ⁊ vi-
tatio ingratitude ⁊ malitie ⁊ falsitatis
q̄ nō fiat aduocatus nec moueat turpem

312

Item contra dominū suū, quia licet alia
seruitia sint diuisibilia cum terris et man-
satis que filij inter se diuidūt tamen illis
quibus tenentur integre persoluere debēt
sine diminutione. Argumentū. ff. de ope.
liberto. l. j. Maiori ratiōe tenetur deo red-
dere omnia talia sine diminutiōe vitatis
igitur reddamus ei seruitiū plenū gratie
et vitatis. Job. j. Et nō diligam? vbo neq;
lingua sed opere et vitate. j. Job. j.

3. p.

A iij.

Varuz huma

naruz tres. Prima que
dam est nature et indif-
ferens. Secūda quedā
gratie et proficiens. Ter-
tia quedam glorie perfici-

tiens. **A** In p̄mavia quilibet est in
libero arbitrio ad dandum se deo vel dyab-
olo qua libertate multi abutuntur dātes
se deo totaliter vt dicunt tñ voluntatē suā
et opera volunt h̄re libera ad dandū dyab-
olo vel pctō. Et tamen sicut apud leges
mūdi reputantur incōueniens et irrationa-
bile q̄ aliq̄s det pprietatē alicuius pprie-
terre vni simpliciter et sine cōditione et vsū
fructum illius terre alteri qz pprietas ter-
re nō esset utilis vt ptz Institū. de vsufu.
S. Sine testamēto. sic in pposito de illo q̄
sine baptismo in mortali pctō dat terram
quā gerit deo sed vba et opera mediij t̄pis
dyabolo. qui dicit q̄ est totaliter dei sicut
bonus xpianus nō aduertens q̄ nō est ar-
bor bona q̄ fructus malos facit. Luce. vj.
Nec talis est via alia q̄ illa. Prouer. xiiij.
est via q̄ videtur hōi iusta et nouissima ei?
ducūt ad mortē. qz volunt q̄ deus habeat
terrā corporis dum moriūtur. sed ipsi vo-
lunt h̄re eiusdē corpis vsū malū dum vi-
uūt. Hec via illoꝝ scandalū ip̄sis. **B**

In secūda via non ambulat pctōz. quia
sicut illi qui nō sunt de vna lege nō possūt
p̄cordare in vna via scz matrimonij ppter
leges ecclie que phibet matrimonij inter
xpianū et paganā vel iudeam. ex de dispa.
cul. per totū. Ita deus et pctōres non p̄cor-
dant in vno matrimonio spūali nec i vna
via celi. qz deus est via pacis q̄ dicit in ps
Lus his qui oderūt pacē eram pacificus.
Ipsi vero viam pacis nō cognouerunt. ps

E Tertia est via glorie quā oēs qui
sunt in gloria fecerūt tritam et planā quā
nos nō deberem? deserere sed multū appe-
tere. qz in hoc mundo cōmunitas parit di-
scordiā. ff. de lega. l. Cum pater. Sicut ptz
inter hoies qui habent vnā cōmunitatem
inter se p oibus ouibus suis pascēdis quo-
rum vnus vellet q̄ alius haberet anima-
lia pauciora q̄ habeat vt bestie sue iueni-
rent pascua pinguiora. sic in hoc seculo ve-
re quilibet vellet q̄ alter haberet minimū
sic q̄ ipse haberet pl? Sed aliter ē in celo
ad qd iustus deduxit dñs per vias rectas.
Sap. x. In quo de gloria cuiuslibet pōt di-
ci. Gloria hec est oibus sanctis eius ps.

A iij.

Adere debet

quilibet Primo dei boni-
tate vt diligat. Secdo
dyaboli prauitatem vt
caueat. Tertio primi ca-
lamitate vt subueniat.

2. p.

A Ad primū scz videndum dei bonita-
tem vt ipm diligamus sum? obligati om-
nibus modis quibus vnus alteri obligari
pōt qz sicut fm iura. ff. de obliga. et Instit.
quibus modis contrahitur obligatio. S. j.
Vnus pōt alteri obligat? esse quattuor mo-
dis scz re. litteris. verbo. et p̄sensu. Primus
de re recepta obligatur homo recipiēs cō-
modatū ad reddendum illud. Ita in bono
statu sicut recepit sicut equū vel h̄mōi. Ita
nos ad reddendā deo vitam gr̄e quotiens
illā requirit h̄ est semp et sp̄aliter in morte
quā nobis commodauit in baptismo. Et si
cut iustū est q̄ cōmodatarius emendet rē
sibi accōmodatā quā deteriorauit ante q̄
illam reddat sic et patet. Item sicut homo
potest obligari litteris ab alio factis s̄ a se
receptis. Ita sumus nos obligati litteris
legis nature ad faciendum alijs sicut vo-
lumus q̄ ipsi faciant nobis. dist. j. huma-
nū genus. et litteris legis moyfi ad tenen-
dum mandata dei. Exod. xx. Verbis etiam
proprijs homo obligatur quando aliquid
promittit sic est peccator totiens obligat?
ad deserendum peccata quotiens confitē
bono confessor. Vinculo vero consensus
quod fit p̄ mediam personāz fuisti obligat?
tus ad renūciandum dyabolo et omnibus

v iij

damno sequenti. sed de toto respondebit. ff. ad le. aqui. l. Qui occidit. quia potuit illuz in stipula nō posuisse et in pncipio extinxit se et qui sic vicerit non ledetur. Apoc. ij. Ad omnes istos hostes anime vincendos multum iuvat oratio. Exod. xvij. Cum leuabat manus moyses vincebat israel et sic exercitus victus vicit. Sic in pposito ppter b̄ decretū dicit. xxiiij. q. i. Alien⁹. q̄ nō multitudinem sed vnitatē p̄cantū exaudit de⁹. adducit illud Matth. xvij. Si duo ex vobis consenserint sup̄ terrā de' omni re quā cumq̄ petieritis fiet illis. Nam qui vicerit possidebit hec. Apoca. xxi.

27.

¶ vi.

Vindicta triplex. Prima q̄dam diuina et rōnabilis. Secūda quedā humana et tolerabilis. Tertia quedam p̄phana et vituperabilis.

Prima laudanda. Secūda toleranda. Tertia a quolibet dimittēda. **A** De prima in ps. Letabitur iustus cū viderit vindictā. xxij. q. j. c. j. q̄ militare. vbi habet q̄ vindicta est deo seruāda q̄ dicit mihi vindictam et ego retribuā dicit dñs. Deutero. xxxij. et Ro. xij. sup̄ quo vult glo. q̄ hō pōt vim vi repellere nō tñ repercutere pcutiētem nisi p̄mus percussor vellet iterum percutere tunc pōt aīo defendendi se et nō vindicādi. ff. ad le. aqui. l. Si ex plagis. §. Labernarius. Si aliter repcussit potius est vindicta q̄ repulsio iniurie et sic intellige qd̄ dicitur iniuriam posse repelli in contigenti. vt. ff. de vi et vi arma. l. iij. §. Lus ḡ. Et ratio est bona quare null⁹ debet se vindicare. quia ex quo deus reseruat sibi vindictam iniuriarū factorū seruis suis ē ius suum. Luce. xvij. deus faciet vindictas seruoꝝ suozum clamantium ad se tanq̄ altā iusticiam suam ad se et ad nullum alium p̄tinentem qui se vindicat facit p̄iudicium deo se intronittēs de iudicijs que sibi de⁹ reseruauit q̄ sicut dicitur Eccl. xij. Impijs et peccatoribus reddet vindictā sc̄z in hoc seculo vnā et in futuro aliam. Nam in h̄ seculo frequenter corpa peccatorum diuino iudicio percutiuntur. di. xix. Anastasi⁹. vbi loquitur de quodam qui dum assellas

ret emisit intestina s̄m glo. et h̄ diuino iudicio. de multis alijs vindictis legimus in sacra scriptura que deus accepit pro diuersis peccatis. Esay. j. Vindicabo de inimicis meis. Nunc vero q̄ non accipit de peccatoribus statim vindictam ratio est quia expectat penitentiam. j. q. iij. Domini. §. Ecōtra. In vltimo etiam iudicio vindictā retribuet in hostes. Deutero. xxxij. quando p̄ctā pro quibus se et suos vindicabit erūt omnibus notoria notozietate iuris. qz tūc erunt in iudicio per probatōes legitimas confessi et conuicti et canonicē condemnati xv. q. v. Presbyter. ad faciendam vindictā in nationibus. Rationem vero quare deus de aliquibus peccatis accipit vindictā hic et de aliquibus alibi reddit Augu. de ciuita. dei. l. j. c. iij. dicens q̄ aliqua peccata punit hic ne omnino crederetur nulla peccata punire. Aliqua vero peccata hic non punit ne omnino crederetur nulla eē alia pena in alio seculo. Sic igitur cognoui qz faciet domin⁹ iudicium inopis et vindictā pauperis. In quo iudicio duram vindictā capiet de his qui in potestate cōstituti prestant auctoritatem nocendi pauperib⁹ vel aliter delinquendi. nam talis est grauius puniendus quandoq̄ q̄ faciens. xxiiij. q. iij. Qui aliorum. Qui inquit defendit aliorum errorem multo damnabilior est illis qui errant. quia nō solum errat sed et magister erroris aliorum est quos errare facit Ad idem extra de offi. iudi. delega. c. j. in glo. dure enī de talibus deus vindicās vindicabit vt dicitur Ecclesiastici. v. Ideo vindicte dei sūt quotidie cogitande supra S. xj. l. 2. Ad. xj. A. **B** Quantum ad secundum in dominis et iudicibus qui gladium portant ad laudem bonorum et ad vindictam malefactorum. j. Pe. ij. Vindicta legalis est commendabilis quia vindicta quā lex precipit est bona sed libidovltonis mala. xxij. q. iij. Sex differentie. et illa est inferenda. xxij. q. iij. c. j. Quia illa q̄ est ad correctionē iudicib⁹ exequēda p̄cipitur qz aliter darent alijs incentiuū delinquēdi. xxij. q. iij. Est iniusta. et qz hoc faciens puocat p̄tra se nō solū s̄ etiā p̄tra populum flagellum dei. di. xlv. Sed illud. vi de supra. B. iij. A. Talib⁹ igitur congrue dicitur. j. Machab. ij. Vindicate vindictam

v iij

Virtus

populi vestri. Nec tamen vindicta humana est mittiganda vel dimittenda quando timetur maius malum. di. l. vt constituere tur. vel obstinatio. vij. q. j. c. Aduersitas. §. Cum aut. vel scisma. xxiij. q. iij. Quisquis. Item quādo crimen est soli iudici notū qz tunc ex vindicta fit proditor. ij. q. j. Si peccauerit. In his casibus ne vindictā sumas Thob. iij. **L** Quātum ad tertiu duo faciūt accipere iniustas vindictam humanā et ambo ducunt capientem ad iustā vindictā diuinā. Primū est carnalis affectio. Secundum crudelis persecutio pro quibus ex parte dei sequitur iusta retributio. Propter carnalem affectionem quā quilibz naturaliter habet ad seipm. iura nolunt qz a liquis sit iudex in causa ppria. ff. vt nemo ius si. di. l. j. ff. de iudicijs. l. penulti. nec qz vindicet pprias sed dei iniurias. §. J. x. A. et B. Exceptis iniurijs notorijs in quibus iudex qui potest dare iudicium in causis alienis potest etiā in pprijs sicut Innocē. eē de verbo. signi. sup capitulum. Ex parte. sic patet de epis qui p iniurijs eis factis vindictam capiūt spūalem qualis est excoicatio. suspensio. depositio. degradatio. xxiij. q. iij. Forte. qz in talibz sunt spūs ad vindictam creati. Eccli. xxxix. In secūdo puncto iniuste vindicte sunt nimis crudeles qz capiunt vindictā de vno de patria vel de parentela vel ciuitate vel religione ppter crimen alterius cui illi nō consentiūt nec ipsi defendunt ptra legem ciuilem p quā si pater: scz decurionis male se habens in officio decurionat? amoueat filij sui nō punientur pro eo sed gaudebunt pūlegio concesso filijs decurionū qz nō debent torqueri nec hūi. C. de fal. l. Diuo marcho. Decurio est de curia existens vel decem hominū curam habens et contra legem dei filius non portabit iniquitatem patris. sed vnusquisqz in peccato suo morietur. Eze. xvij. quia sicut dicitur deo. Sen. xvij. Absit ad te dñe vt perdas iustum cum impijs nō est hoc tuū qui iudicas omnem terraz. et Gala. vj. Vnusquisqz onus suū portabit In tertio puncto id est in pena iniuste vindicte erit ille qui optat vel capit iniustam vindictam. quia dum alioz desiderat mortem malum vel confusionē vel aliquod tale corporale vel mundiale damnum ipse idē

patitur spiritualiter et iuste: quia dicit lēg ecclesie. eē de constitutio. Cum omnes. qz qui aliquid impetrat contra alius in casu. idem potest esse contra seipsuz et hoc satis iuste et ex proprio corde vel ore quia sicut corde cogitādo vel ore loquēdo reputatis dignū et optatis qz deus capiat vindictas de alio. quia malus est. ita eandem capiet de vobis quia vos estis mali contra deum qz hec phibet. xxiij. q. iij. Ita plane. Mat. vij. In quo iudicio iudicaueritis iudicabi mini. Itē Luce. vj. et Eccli. xxviii. Qui vindicari vult a deo inueniet vindictas. ergo vbi vindicta est iniusta nullomodo est capiendaybi est iusta pax prius iniuriati est offerenda per legem dei que precipit suis qz non habeant guerram contra hostes. s. anteqz offerant eis pacem et qui vult ptra aduersarium agere in foro ecclesiastico debet ipsum pmo monere vt cum ipso ad pacem veniat de legis vrbanitate. eē de snia et re iudi. Ad apostolice. li. vj. In glosa Jo hānis andree. iuxta pceptum apli. Quāntum inquit ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes et nemini malū pro malo reddentes. Rom. xij.

Virtus Prio

est specierum multiplicatiua. Secūdo culpaz exclusiua. Tertio aiarū ornatua. **A** Quātum ad ad primūz ideo est specierum multiplicatiua. quia multas habet species. quia tres sunt vtutes theologice. fides. spes. et charitas. de conse. di. ij. Qui passus. de quibus dictū est supra in locis suis. Per fidē habet cognitio eterne et incōmutabilis veritatis sine qua falsa ē virtus etiaz in optimis moribz. xxvij. q. j. Omnes. Et ideo vtutes esse negant apud infideles. quia nō pmertur gliam ibidez. §. Et his. Quia vtus cū vicijs simul eē nō pōt. de pe. di. ij. §. Ex premissis. Per spem sumus in tribulatione patiētes et ideo hec vtus spei specialiter in aduersitate pbat. vij. q. j. Aduersitas. et c. sequēti. per charitatem diligimus primos sicut nosmetipsos contra quā ille multū facit qz alicui nocet directe vel indirecte sicut iudex vel potēs

qui emittit res litigiosas contra iura ciuilia
 C. de litigio. l. vlti. et canonica vt lite pen-
 dete nihil innouet. Ecclia. in textu in gl.
 Ebi habetur qd pena litigiosi contractus
 est qd emptor sciens re litigiosas precium
 amittit et applicatur fisco: et rem restituat
 non vt cedat lucro venditionis. sed etiam
 alia tanta quantitas auferetur ab eo qui
 vendit et dabitur fisco. Si autem emptor
 fuerit ignorans restituet rem. et precium res-
 cuperabit a venditore. et tertia partes pre-
 cij. quia non manifestauit ei re litigiosam
 fuisse. et idem iudicium est de donatione. Ta-
 lis emptor multum facit contra illud Ecce-
 llasti. vii. Noli inquit querere fieri iudex nisi
 si virtute valeas irrumpere iniquitates et
 non augere te. **S** Quantu ad secu-
 dum virtus est vicioz expulsua et exclusi-
 ua: quia virtus per vicia priuat de pe. di.
 v. s. j. Ibi dolendus. et simul in anima esse
 no possunt de pe. di. ij. Ex premissis. opor-
 tet sequi qd necesse est viciu excludi anteqm
 virtus recipiat. nam virtus tunc primo ad-
 piscit cum vicio renunciat. Egressus em
 malicie virtutis ingressum operat. xxxij. q.
 j. Cum renunciat. Omnia igitur vicia ex-
 pellantur vt omis virtutes recipiant. et hoc
 est necesse ppter duas rationes. Prima qz
 anima qua viciuz depauperat virtus ditat
 Secundo quia peccatoze que viciu seruu
 facit virtus liberat. Primum patz. quia sicut
 puer qui est i bona custodia ditatur. quia
 fm legem iustam si tutor qui datur perso-
 ne. sicut et curator rebus posset tanta pecu-
 niam colligere de bonis pupilli cuius cus-
 todiam habet qd posset inde terras emere
 totum est emendum et conuertendu ad vti-
 litatem pueri. vt ipse ditetur. ff. de ammi.
 tuto. l. Ita aut. Ita est qui in custodia vir-
 tum ditatur spiritualiter. quia sicut dicit
 Ro. viij. Diligentibus deu omnia cooperas-
 tur in bonu his qui fm ppositum vocati
 sunt sancti. quia dñs virtutem poplo suo da-
 bit. et ideo ibunt de virtute in virtutem. Ita
 etiam ex alia parte tutores mali scilz dya-
 boli. et peccata depauperant illu qui est in
 custodia eoz intantū qd cūvenerit in locū
 in quo morabitur nō inueniet diuitias: s
 paupertate. Recte igit sicut ille qui habz
 tutoze apte malū et dilapidatoze bonoz
 suoz. hoc pbato coram iudice potest eum

amouere. ff. de pbatio. l. Quotiens. s. Qui
 dolo. Sic peccator faciat. et patet vt ille q
 prius peccato depauperatus dixit. dereliquit
 me virtus mea. postea ditatur virtute dis-
 cat illud Judith. xij. Nobiscuz est deus q
 fecit virtutem magnam in israel. **L**

Secundu etiā scz qd virtus faciat aiam
 letam et liberam q fuit prius tristis et an-
 cilla patet. Primo qdum ad seruitute ad
 qua per peccatus ligatur. Secundo qdum
 ad libertatem ad qua per virtutem restau-
 ratur. Quantu ad primū notanduz qd hō
 qui est liber a natura sua non ponit se pec-
 cando in seruitute dyaboli potestis videre
 in archiepiscopo qui non est subditus epō
 et tñ si episcopus per excoicationem sentē-
 tiaret omnes comittentes furtum in dyo-
 cesi sua. Archiepiscopus agēs scienter cō-
 tra constitutionem illā incideret in illam
 excoicationez fm archidyaconū. extra de
 constitu. Et animarū. li. vj. Et est ad hoc
 concordās lex ciuilis. C. vbi de crimi. agi
 oportet. l. j. Ebi in margine habet auten-
 tica qua in puincia ad hoc. et sic peccado
 fieret subditus epī. Ad hostien. s. o tenentē
 contrariū pōt dici qd intelligit qñ Archi-
 epō ignozat talem constitutionē. Sic ho-
 mo qui est super omis demones duz est in
 statu gratie. vt dicit in psal. Super aspi-
 dem et basiliscum ambulabis. peccado fit
 subditus eoz et seruus. ij. Petri. ij. A quo qd
 superatus est huius et seruus est. Sic peccas-
 tum tradidit in captiuitate virtutem eoz
 psal. Et infirmata est in paupertate virtus
 mea. d. dereliquit me virtus mea et lumē ocu-
 lorum meoz et ipsum non est meū. qz per-
 didi arma virtutū in bello vicioz cuius
 periculū patet. ff. de re milita. l. Desertoze
 s. Miles. vbi habet qd qui in bello arma
 amisit vel aliter illicite alienauit capite
 puniatur. reuera maiori pena plectendus
 est qui perdit arma spiritus. imo cū quis
 gratis. et ex pposito picit arma spiritus.
 sup. a. viij. d. ppter malum lucrum vel des-
 lectionē. et reddit se hostibz. et qui arma-
 turam quarūcumqz virtutum naturalū vel
 sensuum vel membrorū contra deum por-
 tat. quia omnia illa a deo accepit de quo
 in psal. Dominus dabit virtutem et fortitu-
 dinem plebi sue. sed recte sicut viciū por-
 nit hominem in seruitute. ita virtus confes-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50

Visitatio

hominis ipsum liberat: quia spiritus oris eius
omnis virtus eorum psal. Dicant ergo pec-
catores volentes ab hostibus liberari. In
deum faciemus virtutem scilicet confessionis. et
ipse ad nihilum deducet inimicos nostros

D Quantum ad tertium quod virtus
sit anime ornamentum patet di. xl. cap. j.
vbi dicit glo. quod est duplex. ornat⁹ exterior
et interior. Exterior ornat⁹ consistit in gra-
uitate: in incessu: in habitu: et in temperan-
tia cibi et potus di. xli. per totum. Interior
ornatus est virtus quas locus non dat. hec
ibi. Recte igitur. sicut picture ornant locus
in quo pinguntur ita virtutes animarum: quia
non solum sunt tegumentum: sed etiam pi-
ctura animarum qua anima a deo pingit^r
de pe. dist. ij. §. Romanos. Tali ergo orna-
mento et pictura. sicut dicitur Luce. xxiii.
Induamini virtute ex alto.

A xvij.

Visitatio Prætoris

V erigit fidelem ostensionem. quia
visitatio non valet nisi vicia
ostendantur. Secundo iustas
executionem. quia nihil pro-
dest visitatio nisi vicia corrigantur. Tertio
legum observationem ne leges que taxant
numerum equitum visitantium offendant.

A Primum est necessarium illis quo-
rum interest viciosos in visitatione mani-
festare qui nisi ipsos fideliter ostendant.
sicut ipsi dantur si peccata illorum celi-
uerunt. vbi tenebantur ea reuelare per bona
leges supra. t. vij. d. super illo verbo non ma-
nifestans. Et est ad hoc exemplum sacre
scripture de Hely et de filiis eius. j. Reg.
iii. et extra de symo. licet Hely. vno die tur-
pi morte expirantibus illi. quia peccaverunt.
et ille quia non egit ad eorum correc-
tionem. Sic de quocumque ad visitationem
vocato qui est pater curator. et custos pu-
pillozum dei factus per ecclesias. et guber-
nator familie eius pro tempore visitatio-
nis. Recte igitur. sicut tutor tenet instrue-
re pupillum cuius custodiam habet in mo-
ribus bonis. et retrahere eum a viciis. ff.
de aministra. tuto. l. Cum plures. §. Cum
tutor. et si aliquis velit eius conuenire et ad
curam suam retrahere tenetur eum defen-
dere ibidem. l. Tutoris. Sic quilibet tene-

tur retrahere illos quorum custos factus
est a viciis. et defendere ne dyabolus tras-
hat eos ad dolorosam curiam inferni. Si-
cut etiam gubernator familie tenet de da-
no facto per familias in aliquo casu. sicut
patet sup. c. xxiii. a. et f. iij. c. Ita vos du-
rius respondebitis pro illis quos dimitti-
tis libere peccare. et hoc triplici ratione.
Primo quia quanto culpa commissa contra
deum est grauior quam iniuria facta contra p-
ximam a familia de qua paterfamilias res-
pondebit. tanto peius erit vobis responde-
re pro illis qui peccant contra deum. Secun-
do quia si seruus meus vel is qui prestabat
mihi operas tibi damnus dedit. et ego pro
damno illo conueniar et satisfacias. ego il-
lud recuperabo per actionem ex conducto.
quia operas suas mihi locauit: et tantum
potero retinere de mercede sua: nisi illud
iussu meo fecerit quo casu pueniri possum
ff. de aqua plu. arden. l. Si colonus. in fi.
et l. Prætor. §. Idem nihil Sed coram deo
vbi vnusquisque onus suum portabit Gal. vi.
Alterque punietur vnus pro culpa. alter p-
ignorantia. nec vnus ab alio danum recu-
perabit: sed vnusquisque in peccato suo mo-
riet Ezech. xvij. Tertio ex quo custos ani-
malium permittens animalia danum face-
re tenet de danio illo. ff. ad. l. aquil. l. Qui
occidit. §. Si quis alienum. et l. Si seruus
seruum. et ff. si quadru. pauperi. fecit. dica.
per totum. maiori ratione et patet. Fideliter
ergo visitate vineas meas et custodite sicut
scitis. Matth. xxvij. Non solum propter p-
dicta vitanda. sed quia vnusquisque manda-
uit deus de proximo suo. Eccli. xvij. **B**

Quantum ad secundum sicut nihil valet
quod humores infirmi in corpore moueant^r
per medicinam preparatiuam: nisi postea eua-
cuentur per expulsiuam. Ita nec prodest cul-
parum motio per ostensiones: nisi sequat^r
correctio per iustam executionem. Ideo oportet
quod visitans corrigat quod sibi ostensus est
quia aliter peius cadit in omnia pericula
predicta de non ostendentibus: quam ipsi non
ostendentes. quia sunt illis superiores. et
quanto gradus altior: tanto casus grauior
et quia ad illos specialiori ratione perti-
net videre ne ciuitas nimis deforme^r sup
c. v. b. et inquirere de vita clericorum: de or-
natu ecclesiarum. de reparationibus si fa-

ete sint. x. q. j. Episcopum. et hoc frequenter quia episcopus tenetur omni anno dyoce sim suam visitare. x. q. j. Relata. per se vel p alios honestos si ipse fuerit impeditus. x. q. j. Decrevimus. et capi. sequenti. et quos tiens necessitas exigit potest monasteria religiosorum non exempta visitare. xvij. q. ij. Visitandi. Et in his omnibus tria diligenter debent attendere. Primo q nec ostendentes nec corrigentes permittant aliquem evadere non ostensum vel non correctum allegantes propria impotentiam quia sicut ille de cuius manu bestia quam ducere deberet evadit. et aliquem occidit vel damnum facit non excusatur si dicat q propter imperitiam vel debilitatem illam tenere non potuit. vt Instit. ad. l. aquil. §. Imperitia. et sequenti. et ratio est fm glo. quia non debet suam infirmitatem in alterius conuertere damnum. vt. ff. ad. l. aquil. l. Idem iuris. Ita nec patet. Secundo curent visitantes q in visitatione lucrum querant animarum non pecuniarum. x. q. ij. Cauendum Et ideo nec platus nec aliquis de suis potest aliquid de visitatione suscipere: nisi cum maledictione a qua non absoluitur nisi duplus restituat. Alioquin ecclesie ingressus est eis interdictus. extra de censu. Romana li. vj. Tertio tam ostendentes q corrigentes prius ostendant et corrigant seipsum. quia reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se: et post exercetur in alio. ij. q. vij. Qui sine. et capi. Judicet. et capi. Postulatus. et Job. viij. Qui sine peccato est primus in illa lapidem mittat. supra. s. j. b. et. Prouer. xvij. Iustus prior accusator est sui ne ei inproperet illud. xj. q. ij. Ita corporis. Qui inquit positus fueras ad gubernationem populorum: factus es ruina multorum. sic igitur intende ad visitandas omnes gentes. quia expedit tam visitatis q visitantibus q totum fideliter fiat. quia aliter deus intromittet se postea durius visitando supra. §. xvij. a. propter quod bene potest dici corripiens iudicium. Sapientie. j. Quia in die ultionis visitabo hoc peccatum eorum. Exodi. xxxij. **¶** Quantum ad tertium episcopus visitando quin quagenarium numerum equorum non debet excedere: nec plus q vna die in parochia manere. x. q. ij. Inter. Ites archidia

conus visitans quinque aut septem. decan⁹ aut archipresbyteri duobus equis sint contenti. extra de censu. Apostolus. Quia visitatores non debent in visitandos crudeliter deservire. x. q. ij. Quia. Et licet visitando temporale pro suo obsequio possint recipere stipendium. xj. q. ij. Charitatem. Tamen episcopus si non visitat loco visitationis procuraciones non exigit. x. q. j. Relata. Sic igitur fratres tuos visitabis si recte agant. et cum quibus ordinati sunt desce. j. Reg. xvij.

¶ ix.
¶ Ita triplex.

Primo alia mundialis operationis. Secundo alia spiritualis conuersationis. Tertio alia eternalis delectationis.

¶ Primam vitam tria genera hominum ducunt fm iura que distinguunt omnes homines in tria genera hominum. Nam aut sunt liberi: sic nati aut serui aut libertini a seruitute liberati. Instituit. de libertinis. §. Et cum vno. et ff. de sta. homi. per totum. Ita fm legem dei quidam sunt liberi a natiuitate qui nunquam mortaliter peccauerunt. Alij vero sunt: et fuerunt semper serui peccati originalis vel actualis vel vtriusque simul: sicut iudei et pagani. Alij vero sunt a seruitute peccati liberati per sacramentum baptismi et penitentie dicentes laqueus contritus est: et nos liberati sumus. tanquam ex mortuis viuentes deo. Ro. vj. Nec autem vita actiua que occupat in operibus charitatis et in licita cura rei familiaris. et si non sit ita secunda et suavis: sic contemplatiua. est tamen plus fructifera et vtilior. vt extra de regul. et transeun. ad religio. Licet. Ubi dicitur q xpus est natus de Iya et non de Rachel. Nec maria legitur eum in domum recepisse. sed Martha vt ostendat q optimum ad eorum utilitates sollicitudo prefertur contemplationi et labori quieti. extra de renuncia. Nisi cum pridez. vbi in fine ca. Papa rescribit cuidam epo qui voluit dimittere episcopatum. et vacare contemplationi. d. Nec inquit putes q ideo Martha malam partem elegerit que circa plurima satagebat. quia maria opti

inā partes elegit que non auferetur ab ea. qz licz illa sit magis secura ista tamen est magis fructifera: licet illa sit magis suavis. hec tamen magis utilis cuz in fetu diuinitate sobolis lippitudo Iyerachelis pulchritudini sit prelata. quatenus in vnū contemplatiuū esse valeas et actiuū legislatoris exēplo. i. moysi sūm glo. Qui nunc ascēdit in montē vt gloriā dñi cerneret cū maiori libertate. nunc autē descendebat in castra vt cū vtilitate necessitatib⁹ populi p uideret. quapropter facilius indulget: vt ascendat monachus ad p̄sulum qz p̄sul ad monachatum descendat. hec ibi. Huic etiā p̄cordat decretum. vii. q. j. Suggestū. vbi liber⁹ papa dure reprehēdit aliquos qui voluerunt deserere laborē cure ouiu⁹ xp̄i et quieti contēplationis se tradere. fac igitur qd̄ precipit Eccli. ij. Cōiungere deo per contēplationē et sustine vt crescat in nouissimo vita tua actiua vt vitā habeat: et abundantius habeant. Job. x. Sed qz sūm beatum Grego. xiiij. q. iij. Hec autem vita. Vita p̄sens que inter celū et infernū sita est sicut in medio consistit. ita vtraru⁹ partiu⁹ ciues recipit cōmuniter. ideo oportet qd̄ caute in nouitate vite ambulemus. Ro. vj. Contra malos viriliter agentes scientes qd̄ militia est vita hominis super terrā. Job. vij. Quomodo vtrac⁹ vita tam actiua q̄ contēplatiua commēdatur. vide. viij. q. j. Olim. r. c. In scripturis

Secundā vitam scz sp̄ialis gratie habent xp̄iani a deo qui dicit Job. xiiij. Ego sum via vitas et vita. Ipse namqz est vita anime. anima s̄o vita corporis: quia sicut corpus sine anima viuere non p̄t. ita nec anima sine deo. de pe. di. j. S. Item si. Per hanc vitam et naturā sp̄ialem quā habemus ex parte dei patris nostri Matth. vj. Pater noster qui es in celis. Oportet nos vendicare hereditatem celi: qz sicut agnati qui coniuncti sunt per masculinū sexus sicut parentela quā homo habet ex parte patris vel fratris si sint legitimi admittuntur ad hereditatem exclusis cognatis. id est cōsanguineis ex parte matris vel sororis. quia frater patris citi⁹ recipitur ad hereditatem proueniētē ex parte patris qz frater matris. vt. ff. vnde legi. l. ij. Sic ille qui vendicat hereditates celi per vitā

spiritualē quā habet ex parte patris dei et ex parte fratris xp̄i primogeniti recipietur excluso illo filio terre qui nimis terrene viuit. et hoc per iudicium dei. Numeri xxvij. Vbi habetur qd̄ mortuo homine sine herede de corpore suo habebit successores fratres suos. et Job. j. Dedit eis potestates filios dei fieri qui non ex sanguinib⁹ tē. et j. Job. v. Hoc sciatis qm̄ vitam eternā habebitis. qui creditis in nomine filij dei.

Et Tertiam vitam habebūt iusti de quibus Sapient. x. Iusti autē in perpetuū viuēt et apud dñm est merces eorū. In quo duo ostendit scz. P̄mo vite meritū. Secūdo celi premiū. P̄mo vt ostēdatur qm̄ illuc attingere oportet per bonā vitam. qm̄ ille qui ex magno amore nos redemit sūm vas lozem quē in nobis inuenerit nos iudicabit. vt. ff. ad. l. falci. l. Precia. Vbi habetur qd̄ qm̄ tractatur de filio vel alia re que precio vel premio digna sit. non debet estimare sūm affectū quē pater mortu⁹ habuit ad filiū vel ad rem illam: qz precia rerum nō ex affectu nec vtilitate singulorū: sed cōmuniter figuntur. Et ideo non quasi fili⁹ alicui⁹ sed quasi homo estimat. Sic in p̄posito quando in iudicio mortis tractabitur coram deo de valore vite nostre et quāto precio vel premio in celo digni sumus non habetur respectus ad affectiōem quā deus pater habuit ad nos quando nos redemit: sed ad bonam vitam et appreciatiōnē qua tunc digni inuenti fuerint. Et igitur tunc illa vita digni sumus nunc sobriepie et iuste viuamus T̄rtum secūdo. dimittentēs paruū magna habeamus. ad modum illius illegittimi cuz quo papa disp̄sat qd̄ possit habere vnicū beneficium ecclesiasticū sine transmigratiōe de vno in aliud. vt extra de filiis presbytero. c. j. li. vj. sic scz qd̄ sicut ille recusat exilē ecclesiam sibi datam et oblatā vbi sperat qd̄ cito possit habere meliores. sic recusemus illicitas diuitias delicias et honores. et patz Sciētes qd̄ in hac vita non est retributiō virtutis nec malicie sūm condignū. sed qm̄ qz aliquis gustus de peni. dist. iij. S. q̄q̄. quia hic boni vt frequenter affliguntur. et mali prosperantur ibidē. Si igitur in morte volumus esse dei in celo faciamus nūc qd̄ opera et labores n̄i sint dei et celi. qz sic

boues intelligunt esse illius fundi in quo laborant. ff. de fun. instruc. l. Cum quidā. Ita et nos. et patet Apoca. ij. Vincenti dabo edere de ligno vite. et Matth. xxv. Ibi iusti in vitam eternam etc.

Vocat deus tri-

plex genus. Primo peccatores ad penitentiam. Secundo in obediētes ad suam. Tertio obediētes ad eternam gloriam.

De primo Matth. ix. et Luce. v. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Ad illam vocationem peccatores festinant deberent venire propter plures rationes. Primo propter peccati seruitutem. quia sicut seruitus mundi est contra naturam humanam que facta fuit libera Insti. de iure perso. §. Seruitus aut. Ita et patet. Secundo propter dei curialitatem qui nos primo vocat ad iudicium misericordie in confessione in quavis vocatione. sicut deus obseruat omnia iura et ciuitates que in citatioe seu vocatione sunt obseruanda. Ita nos deberemus ex parte nostra obseruare in iudicio confessionis omnia que ad iudicium illud pertinent. Recte igitur sicut deus citat nos in sepulturis sanctis. nam citatio debet fieri in scripturis. v. q. ij. Vocatio autem. et ex amore. Nam illa est legitima que ex dilatioe procedit spacijs teporum ad hoc statutis obseruatis. v. q. ij. Presenti. Ita deberemus compere et rēdere coram deo in iudicio confessionis. sic quod iudicium illud esset concordans iudicio dei ecclesiastico in foro publico. et citatioe ne dei. sic quod esset stabile. sicut illud quod est soli descriptum. et quod fieret in spacijs teporum quicquid homo indigeret. et hoc amore non timore coram iudice habente potestatem. quia confessio facta coram non suo iudice non valet. extra de iudi. At si clerici. et in hoc defectu confessionis quidam narrando gloriantur in malicia sua quod non fit coram iudice: nec in iudicio quod etiam fiat contra se. sic quod non ostendat bona et abscondat mala. quia sicut confessio in iudicio publico pro se non tenet: vt. iij. q. iij. Nullus. et ff. de interroga. actio. l. Confessionibus. Ita nec ista. deberet etiam esse clara non obscura. sic quod a confessore intelligatur. quia incerta confessio non va-

let. xj. q. iij. Brane. Et stabilis propositi. quia sicut confessio non valet. ff. de regu. iur. l. Negocijs. sic nec illius qui in hoc ostendit se esse furiosum quod intendit redire ad carcerem dyaboli et ad ignem peccati. Item de peccatis proprijs. et non alienis. quia in iudicio publico confessio facta a non domino: nec procuratore eius non valet. Ita nec detrahitio. Item non timore. quia sicut confessio facta metu tormentorum non tenet. xxxj. q. ij. Lotharius. Ita nec patet. Sic ergo de tenebris nos vocauit in admirabile lumine suum. j. Petri. ij. Qui venit tarde ad istam dei vocationem non est fidelis. quia sicut ille qui promittit quod solueret debitum de quo tenetur l. al. marci de primis l. l. debet intelligi. ff. de obliga. l. Cum qui l. alendis. Sic ille qui obligauit se in baptismo ad reddendum deo debitum bone vite nisi hoc faciat tempore et die vite sue est falsus. quia de illo intelligi debet. Cum ergo omnium dierum sequentium in quibus tenemur reddere debitum bone vite. Iuxta illud Luce. j. Seruiamus illi in sanctitate et iusticia coram ipso omnibus diebus vite nostre. Iste in quo nunc sumus sit. primus si peccator isto die confitendo peccata sua non reddat deo seruitium sanctitatis ipse falsus est. quia sicut dicitur Trenoz. ij. Vocasti quasi ad dies. ergo ad diem primum. huic concordat alia lex qua quis promittit se aliquid redditurum vel daturum post biduum carthagini: si due sunt carthagine: vna vicina: alia remota in longinquis partibus. lex interpretatur de proximo promissum esse. et tenendum est quod de ea actum est. ff. de re. dub. l. Quotiens. et l. Secundus. Si talis inuentus in vicina villa a creditore diceret sibi non soluas tibi hic: sed in remotiori loco esset falsus: quia ibi ei reddere tenetur per legem istam quam confirmat lex dei dicens. Non tardabis reddere Deut. viij. Ita in proposito. Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dominum: nec differas de die in diem. Exemplo marie. Job. xj. Magister inquit adest et vocat te. et illa ut audiuit cito surrexit et venit ad eum et hoc est necesse. quia qui tenetur in duobus de marijs. et non reddit nisi unum est falsus. Ita qui debet deo reddere tempus iuuentutis et senectutis et patet. Idem etiam patet de quolibet christiano qui debet deo omnes

Voluntas dei

dies vite sue vt in illis reddat debitum sine mortali peccato. Sed heu deus potest multis dicere Prover. j. Vocauit et renuistis. et hoc male et periculose pro se ipsis. quia ex quacumque causa quis in ius vocatus fuerit. si certum est quod est de iurisdictione vocantis tenetur comparere. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. Ex quacumque. Cui concordat lex dei. Ephe. iij. Ambuletis digne deo vocatione qua vocati estis. quia periculum contumacie et inobedientie est magnum. sicut patet supra. a. xxi. b. et j. xij. c. et t. viij. a. et Luce. xiiij. Ubi de excusantibus se. et de nolentibus venire ad vocationem dei. deus dicit. Nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam. quia licet aliqui pluribus vocationibus. et aliqui paucioribus sint vocati. sicut patet supra. t. viij. a. tamen nullus inobediens excusatur. sicut patet supra. p. xix. a. qui post trinavel post vnam peremptoriam citationem non comparuerit contumax iudicatur. xxiij. q. iij. De illicito post medium. Deo igitur vocante ad iudicium misericordie statim est obediendum. quia vocat propter commodum nostrum quia ipse dicit Iho. ix. Vocabo non plebem meam. quia peccatrice plebem meam: quia penitentem **B** Ad secundam vocationem omnes inuiti venient qui fuerunt inobedientes ad primam. quia non luerunt voluntarie comparere in iudicio misericordie. ideo coacti apparebunt in iudicio iusticie. et sic in ultimo iudicio omnes erunt sicut reus voluntarius vel necessarius sine distinctionem Innocentij. extra de exceptio. Cum inter. qui dicit voluntarium reum qui gratis venit ad iudicium necessarium qui coacte. Sic ad iudicium iusticie boni voluntarie venient dicentes. Eccli. xij. O mors bonum est iudicium tuum. Et mali inuite dicentes. O mors quam amara est memoria tua. Et tamen in isto toto processu de se habet benigne in expectando et iuste in iudicando. Benigne quia sicut iura volunt quod iudex expectet et quod non nimis acceleret sententie diffinitionem. iij. q. ix. Necessario. Ita deus ex sua benignitate diu expectat antequam det iudicium contra peccatorem. quia benignus et misericors est. Iohelis. ij. Et sic apparet veritas dicentium quod oportet deum magis misericordem esse quam alios iudices. quia ubi alius iudex non dat nisi tres dilationes.

vt. ff. de dilatio. l. Et tertium. Deus multis plus dat quam xl. vel centum vel mille. quia quot diebus expectat peccatorem ne contra ipsum proferat sententiam et iudicium eterne damnationis tot dierum dat ei dilationes et inducias. Recte igitur sibi reus abest frustratorie datur dilationes. quia dilationibus suis abutitur. iudex potest iuste tempus statuere. iuxta quod ultra non audiatur de dilatione petenda: sed in sententia audienda. ff. de re milita. l. iij. §. Si ad diem. Et extra qui matrimo. accu. pos. Significante. glo. Sic deus statuit diem mortis ultra quem nullam habebunt impetentes dilationem. quia tunc contra omnem talem fertur sententia. sicut dicit Amos. vij. Vocauit iudicium ad ignem.

E De tertia vocatione Thessal. ij. Vocauit eos in suum regnum: sed nullus presumat esse vnus de vocatis ad sempiternam gloriam: nisi faciat se dignum. quia sicut reputat lex illos indignos pro maiori dignitate qui sunt indigni pro minori. Argumentum a contrario sensu di. lxxiij. Besta. Ita deus. Igitur omnes faciant se dignos qui Hebreo. ix. Vocati sunt in eternam hereditatem. **A** xj.

Voluntas dei

V eterna primo est in omnibus obseruanda. Secundo voluntas hominis iusta est implenda. Tertio et eiusdem iniusta est penitus impedienda. **A**

Primum patet. quia in capite libri scriptum est de me vt faciam voluntatem tuam Et cum in omnibus alijs rebus voluntas dei impletur. quia dicitur in psal. Omnia quecumque voluit fecit etc. sed de homine non sic: quia deus vellet quod nullus homo mortaliter peccaret et faceret contra deum et contra homines. et quod omnes homines saluarentur. Et tamen certum est quod non est sic. quia hec est voluntas dei sanctificatio vestra. vt dicitur Thessal. iij. et j. Thymo. ij. Deus vult omnes homines ad agnitionem veritatis venire. et tamen non veniunt Et quod sicut in primitiua ecclesia erat multitudinis credentium cor vnum et anima vna in deo et in bono. xij. q. j. Dilectissimis. Ita vellet deus adhuc. et hoc ostendit de

multis signis. sicut patet. xxxij. q. v. Nec ymago. 7 ca. vlti. vbi habetur qd vnitas re presentat in nobis dei similitudinem. 7 sicut ab vno omnia sunt per creationem. et a primo homine omnes homines per propagationem. 7 sicut xps omnibus apostolis tradidit auctoritatem tamen vni petro comisit ecclesiam ad manifestanda ecclesie vnitates. xxxij. q. j. Loquitur. sic de? voluit omnes xpianos esse vnus voluntatis in bono vt inquit xps. Job. xvij. Sint vnu sicut nos vnu sumus. Sed tamen huius vnitatis fractio est periculosa: 7 observatio fructuosa. Primum patet. quia qui sunt diuisi ab hac vnitatem per mortale pctm non possunt habere gratias. j. q. j. Multi. Nec peccatorum remissionem. j. q. j. Remissiones. nec vitas spirituales. xj. q. iij. Nihil. Nec pdest eis sacramentorum susceptionem. vij. q. j. Scire. qz conuiuium xpi est vnitas fidelium in vinculo pacis. xxxij. q. iij. Ipsa. qua vnitates 7 pacem non habent illi qui sunt a capite xpi diuisi. xxxij. q. j. Scisma. quia non possunt in nomine xpi in vnus colligi qui a xpo sunt separati. xxxij. q. j. Alienus. Sz illi tantum habent illam quibus dicitur Luce. ij. Pax hominibus bone voluntatis: sine qua voluntate opus bonum non valet di. lxxxvj Non satis. 7. xv. q. j. per totum. Igitur magna est bone voluntatis vtilitas. qz deus non ea que offeruntur sed voluntatem respicit offerentium. xxxij. q. j. Odi. quia iusticia ex opere non consummat: nisi affuerit voluntas. xxxij. q. v. Sicut enim. 7 licet opus non valeat sine voluntate. tamen e converso: bona voluntas meretur 7 allocatur sine opere. vbi deest operis facultas de pe. di. j. S. Similiter. sicut patet. sup. d. j. b. 7. f. xij. b. 7. h. iij. b. 7. p. xij. a. 7. q. iij. c. per casum bonum 7 Ro. vij. Velle mihi adiacet. p. ficere autem non inuenio. Sic igitur pars que voluntas hominis est causa vicij 7 virtutis di. lvi. Na sci. in fi. 7. vij. q. j. Sciendum. 7. xv. q. j. Qd aut. S. Ex voluntate. Igitur voluntaria oris mei beneplacita fac dñe. **B** Quantum ad secundum bona voluntas superioris est implenda a subditis 7 defunctorum ab amicis. Primum patet. quia voluntate alteri subijci propter deum est precipuum sacrificium sicut beatum Greg. in moy. 7 habetur. vij. q. j. Sciendum. sicut patet supra

o. j. c. exemplo xpi dicentis ad patres Matth. xxvj. Non sicut ego volo: sed sicut tu vis. 7 Lu. xxiij. Non mea sed tua voluntas fiat Nec refert. vtrum voluntatem suam sibi vel signis exprimat. extra de sponsa. Cum apud. Secundum etiam scilicet que bona voluntas defunctorum sit implenda pars primo. quia ad hoc quilibet obligatur lege ecclesie que dicitur que vltima voluntas testatoris est tenenda. extra de testa. Tua nobis. 7 que debet impleri studio episcoporum ibidem cap. Nos quidem. 7 ca. Requiriti. Secundo quod periculum non implentium est magnum: quod heres qui voluntatem non implet defuncti debet successione illius priuari. extra de voto. Licet. Ex quo igitur deus facit nobis testamentum pacis in hoc periculo sunt qui pacem impediunt: 7 odium inter aliquos faciunt. 7 si ille sit tam damnabilis qui non implet voluntatem defuncti: quia forte est in aliquo negligens. 7 pretermittit aliquid facere quod deberet in quo casu non solum tenetur de dolo: sed etiam de leui culpa. ff. de lega. l. Cum res. S. penult. Vel forte. qz non soluit legatum ita cito sicut deberet. In quo casu heres vel executor que est in mora prestandi vel tradendi non liberatur ab interitu etiam si res eodem modo erat peritura apud legatarium. ff. de lega. l. Cum res. S. vlti. Non est dubium quin ipse sit culpabilior qui nec soluit cito: nec tarde. 7 qui sponte destruit legatum pacis. Argumentum. ff. de vbo. obligatio. l. Si ex legati. Nec mirum: quia si spoliantes naufragos sunt excommunicati: vt extra de raptu. Excoicationi. Quanto magis fractura cordis in morte est peior et durior. et ponit hominem qui patitur in maiori paupertate. tanto magis spoliatus istum videtur esse magis excommunicatus apud deum. Talis namque est peior quocumque fure qui spoliat viuos: quoniam quem tu percussisti persecuti sunt in psal. Nec hoc periculum euadunt executores qui spoliatoribus non resistunt sicut quandoque contingit que quando potens occupat bona defuncti: vel etiam parentes. executor videns difficultatem extrahendi illa de manibus eorum: 7 laborem fidelis executionis accepit illud quod a defuncto sibi legatum est. et dimittit alios conuenire: sicut falsus homo: tum quia

3. p

Notum

Illud fuerat sibi legatum intentione illa: ut laboraret circa impletiones testamenti sicut ps sup. c. xvj. a. tū quia onus quod se mel placuit amplius displicere nō potest nec excusatur corā deo. alijs illud pondus dimittendo. sicut tutor impeditur ne curā pupilli habeat adiutores dimittens de toto periculo. tenetur etiam si hoc faciat auctoritate iudicis. vt. ff. de tutori. l. Solet. Sic de tutore defuncti. Et sic de tutoribus non residentibus. quia omnis talis tenetur ad restitutiones supra. c. vij. c. vide de hoc supra. e. x. a. r. t. iij. c. Dicat igitur defuncto fiat voluntas tua. Matth. vj. **L**

